





4. Hierch. 223 – 1

Cornelius

<36615604040017

<36615604040017

Bayer. Staatsbibliothek

4 H. eccl. 223 - 1

CRETA SACRA

SIVE DE EPISCOPIS UTRIUSQUE RITUS

GRAECI ET LATINI

IN INSULA CRETAE.

CRETA SACRA

SIVE DE EPISCOPIS UTRIUSQUE RITUS

GRAECI ET LATINI

IN INSULA CRETAE.

ACCEDIT

SERIES PRAESIDUM VENETORUM INLUSTRATA

AUTHORE

FLAMINIO CORNELIO

SENATORE VENETO.

TOMUS PRIMUS.



VENETIIS MDCCLV.

Typis Jo. BAPTISTAE PASQUALI.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

BIBLIOTHECA
REGIA

PRÆFATIO.

IN Venetis & Torcellanis Eccleſiis iliuſtrandis ſponte ſua occurrerunt res & nomina, quibus vel augeri, & ditari, vel corrigi & caſtigari poſſent Italia Sacra Abbatis Ughelli, & Oriens Chriſtianus a Patre Le-Quien adumbratus potius atque inchoatus, quam ad complementum, & perfectionem deductus. Viri hi celebratiſſimi nec ſatis unquam commendati, eo quia in immani rerum, & nominum inextricabili ſilva primi omnium iter ſibi, & aliis ſtraverunt, viri, inquam, hi neceſſe habuerunt documenta, ſeries hominum chronologicas, diplomata, vitas, uno verbo lapides, & cœmenta ædificii ſui ex remotiſſimis, atque inter ſe diſſitis maxime locis conquirere. Non ubique, ut par erat, eorum votis factum eſt ſatis, ſed partim ex oſcitantia, partim ex inſcitia eorum, qui iſthæc ſuppeditabant, ſuppreſſiones, æquivocationes, immutationes rerum, nominum, temporum irrepſerunt. Ad Ughellum quod ſpectat, Itali noſtri alias atque alias peculiares Eccleſias adorti membra hæc conformarunt in totius corporis utilitatem, atque ornamentum. Horum ego veſtigiis, quantum fas fuit, inhærens quidquid obvium mihi fuit, quo Ughellus & Lequienius emendari, ſuppleri, luce & incremento donari poſſunt, colligere ſtudui, neque ex ſolis Venetis, & Torcellanis Eccleſiis, ſed & ex aliis, quantum in tot antiquis documentis, quæ ad me devenerunt, contigit invenire. En igitur hujuſce laboris mei propoſitum, ſeriem ſcilicet chronologicam dare Præſulum Latinorum, quotquot reperire licuit, qui in Cretæ Inſula Sedes Epiſcopales tenuerunt. Hanc ut contexerem nulla me alia impulit cauſa, quam Patriæ de-

cus, & Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ quantum in me eſt, (& ſentio quam parum ſit) elucidatio. Lacunas in laudato Lequienii opere vacuas, ubi dabitur, implere adnitar, & Præſulum numerum additis iis, qui poſtremo fuerunt, augebo. Hoc pacto dum lucem aliquam Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ in hac ſui præclara parte affundo, eodem tempore Patriæ meæ gloriæ conſulo; ſiquidem Præſules illi maxima ex parte Venetias patriam habuere.

Sed ut hæc, quam appellare licet Cretæ Sacræ Epitomen, imperfecta & ſui dimidio mutila non evadat, juvat ei Græcos etiam Epiſcopos addere, quos affert Lequienius Tom. III. Orientis Chriſtiani. Itaque intra anguſtos brevesque fines comprehendentur Antiſtites omnes quotquot ex utroque Græco & Latino ritu Infulas illas obtinuerunt.

Hiſtoriæ ſacræ ſtudioſos laborem meum benigne & humaniter ſuſcepturos confido, quippe qui non ignorent hanc Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ partem aridam admodum ac jejunam eſſe; ſiquidem nihil aliud fere occurrit apud authores typis editos præter ea, quæ habet Lequienius, in quo uno pœne omnia continentur, quæ diligentiſſimus Scriptor conquiſitis undique editis, & ineditis, ut potuit, monumentis eruditiſſime digeſſit. Sed quidquid judicii de tenui hoc opere feratur, in hoc conquieſcam, quod documenta inedita, & illuſtrium virorum nomina brevi & facillime peritura ab interitu vindicavi, novamque illis vitam prœli ope conciliavi.

Cæterum prophanas Cretæ res, Deorumque & Heroum, qui in ea ortum habuerunt, obſcuram fabulisque refertam originem, Regum quoque ſeriem, & varia ſæpius mutati Dominii genera plurimi exararunt vetuſtiſſimi ſcriptores; nullum enim, ut reor, Orbis terrarum Regnum

anti-

antiquiores præ Creta jactare poteſt rerum ſuarum Hiſtoricos; quorum etſi ſcripta temporum bellorumque injuriis perierint, ipſorum tamen nomina, & aliqua, licet brevia, fragmenta in iis authoribus ſuperſunt, qui recentius de Cretenſibus rebus egerunt, ut accurate oſtendit in ſuo *de Creta* eruditiſſimo tractatu Joannes Meurſius lib. I. cap. I. qui laudabili ſtudio nomina ipſa collegit, quæ hic exhibemus.

Echemenes citatus ab Athenæo lib. XIII. quod res Creticas ſcripſerit: *Echemenes etenim in Creticis, non a Jove, ſed Minoe raptum Ganymedem tradit.* Rapti vero a Minoe Ganymedis mentionem habet Euſtatius ad Iliad. his verbis: *Quidam vero ſunt authores* (Echemenem fortaſſe innuens) *raptum a Minoe Ganymedem.*

Alexander, qui non unicum de Cretenſibus rebus, ut ſcribit Scholiaſtes Apollonii lib. IV., volumen concinnavit.

Soſicrates aliquos pariter edidit Cretenſium rerum libros, cujus primum citat Suidas, Dulopolim civitatem in Creta eſſe ex Soſicratis authoritate aſſerens. Athenæus quoque lib. VI. Soſicratis teſtimonium affert de Creticis facetiis ſcribens: *Soſicrates autem in primo Creticorum tradit proprium quiddam Phœſtis eſſe: ut a prima pueritia in facetiis dicendis exerceantur ... itaque Cretenſes omnes his facetiam attribuere.* Et deinde lib. XIII. *Cretenſes*, ait, *in procinctu ſtantes ornatis civium formoſiſſimis, Amori per hos ſacra faciunt, ſicut author eſt Soſicrates.* Sed & ſecundum Soſicratis librum citat Zenobius Lib. V. Proverb. LXXXI, uti videre eſt apud Meurſium, qui ejusdem Zenobii textum emendat.

Xenion, pluries citatus a Stephano Byzant. in libro de Urbibus: ex ejus enim libro de Creticis concinnato ſepultarum urbium nomina eruiſſe fatetur. Meminerunt Xenionis etiam Etymologici author, & Iſacius Tzetzes.

Doſi-

Doſiades ab Athenæo lib. IV. & VI. & a Solino cap. XVII. memoratur.

Ansenor, qui Hiſtoriam Creticam ſcripſit vir bonus appellatus, ut notat Meurſius lib. IV. de Creta c. XV. enuntiatur ab Æliano in hiſt. Animal. lib. XVII. cap. XXXV. & a Diodoro Siculo lib. V.

Epimenides a Diodoro Theologus nuncupatus, cujus vitam Diogenes Laertius exaravit, lib. I. ibique aſſerit ipſum de Sacrificiis & Republica Cretenſi ſcripſiſſe. Fuſe de eo diſſeruit Meurſius in ſuo de Creta tractatu l. IV. c. XI.

Laoſtenidas, cujus mentio eſt apud Diodorum Siculum lib. V.

Dinarchus, Fabularum Cretenſium collector, teſte Demetrio Magneſio apud Dionyſium Halicarnaſſeum in lib. de antiquis Oratoribus.

Ephorus, *Calliſtenes*, *Xenophon & Plato*, qui de Republica Cretenſi ſcripſerunt, proferuntur a Polybio lib. VI.

Pyrgion, de quo refert Athenæus, quod *Inſtituta Cretica* concinnarit.

Inſulæ autem deſcriptionem, civitatum olim in ea exſurgentium numerum, inſigniora loca, montes excelſos, & promontoria, fontes quoque & flumina, ubertatem ſoli, atque incolarum mores, vitia, virtutesque Hiſtorici multi, omnesque Geographi in Orbis regionum illuſtrationibus protulerunt, quos inter Strabo Cnoſſius patriæ Inſulæ notitias fuſe & laudatiſſime ſcriptis conſignavit. Ex eo potiſſimum, tum & a Plinio, Ptolemæo, Solino & aliis hauſerunt Neoterici, quorum ſi vel unum legas, exempli cauſſa Ortellium in Atlante Orbis terrarum, aut Martinierum in Dictionario Geographico, id totum plane habes, quod mutatis tantum vocibus, variatoque ſcribendi ſtylo cæteri omnes dederunt. Relationes haſce, quæ eru-

ditis

ditis omnibus præſto ſunt, conſulto prætermittendas eſſe cenſeo, ea etiam de cauſa, quod omnes ex ſuperius enuntiatis Geographis Eccleſiaſticas Inſulæ hujus notitias vel omittant, vel leviter attingant, ſi unum Patrem Coronellum excipias, obiter paucisque de Epiſcopatu Latino in volumine, quod inſcripſit Iſolario, tractantem ſcilicet de unione Epiſcopatus Hierapetrenſis cum Eccleſia Sithienſi a Pio V. ſtatuta. Quum igitur eas, quæ vulgatæ prodierunt Cretenſis Regni illuſtrationes, miſſas faciam, non tamen digniſſimi viri anecdotum negligendum puto ad utilitatem non minus, quam ad curioſitatem eruditorum opportunum. Illud eſt Cretenſis Inſulæ topographica enarratio ex ms. Chriſtophori Bondelmontii Florentini Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ſupra Arnum Archipresbyteri excerpta volumine, quod mihi humaniſſime exhibuit Clariſs. Vir Joannes Benedictus Mittarelli Monachus Camaldulenſis eruditiſſimus. In eo *Inſularum Cycladum* atque *aliarum in circuitu* diſperſarum deſcriptionem, prout ipſe per multos annos perſcrutatus fuerat, concinnavit Bondelmontius, & dum Nicoſiæ degeret, Jordano Cardinali de Urſinis inſcripſit. Titulum hujus codicis attulit Julius de Nigris Societ. Jeſu in libro de Scriptoribus Florentinis pag. 137. ipſumque aſſerit ab authore e Metropolitana Cypri civitate ad Cardinalem Urſinum miſſum fuiſſe: *Liber Inſularum Archipelagi editus per Chriſtophorum Presbyterum de Bondelmontibus de Florentia anno* 1422. *Queſt' opera la mandò dalla Capitale di Cypro a Giordano Cardinale Orſini*. Simile libri ipſius exemplar Florentiæ aſſervatur in Bibliotheca Medicea Laurentiana, quamvis ibi Codex, ut mihi relatum eſt, nomen præferat *Chriſtophori Enſenii*.

Diverſimode tamen de loco e quo librum direxit Bondelmontius, ſentit Clar. Vir Apoſtolus Zenus, ex latiſ-

ſima

ſima cujus eruditione addiſcimus, Librum Inſularum e Rhodo Inſula ad Jordanum Cardinalem miſſum fuiſſe. Hic eſt Jordanus ille ampliſſimus S. R. E. Cardinalis, qui Venetiis degens anno 1426. Pontificius Legatus ad concilianda inter Italiæ Principes perpetuæ pacis fœdera, ampliſſimo Decreto Venetæ Nobilitatis decore ornatus fuit die 24. Octobris ejusdem anni; quo etiam titulo, ut refert Marinus Sanutus in Chronico Tom. XXII. Rerum Italic. col. 988. inſigniti fuerunt Carolus Jordani Cardinalis frater, ejusque ſucceſſores in perpetuum.

Utcumque autem de leviſſima loci controverſia res ſit, hoc certum nobis indubiumque eſt, Bondelmontium Inſulas Cycladas, & Cretam præſertim late omnem foris & intus peragraſſe, ejusque ſingulas partes ſingillatim notaſſe, quas deinde notiones a ſe collectas, & in duobus tractatibus digeſtas ad ſupra laudatum Jordanum Cardinalem pro otii ſolatio miſit. Ex iis ille qui brevior eſt, Cretæ primordia fabuloſa & incerta, atque regionis ipſius compendioſam affert narrationem, alter vero prolixior, & ordine ſecundus accuratam locorum deſcriptionem exhibet, & nonnullas Inſulæ civitates Epiſcopali titulo decoratas enuntiat.

Quamvis autem ii, quos ſuperius enuntiavimus Geographi, & laudatiſſimus Dominicus Marius Niger Venetus, in ſuis Geographiæ commentariis lib. x. Cretæ Inſulæ illuſtrationes & deſcriptiones protulerint, quæ publici juris ſunt, attamen Bondelmontii codici, & inſertis in eo tractatibus, major præ ceteris fides ex eo potiſſimum eſt adhibenda, quod Scriptor res ipſas, prout præſens vidit, & notavit, ita ſe fideliter exaraſſe teſtatur. Tractatum itaque longiorem proferam Notis etiam illuſtratum eo præſertim intuitu, ut quæ vel authoris

ſtylo

ſtylo obſcura, vel ex inſcitia amanuenſis (ſcatet enim codex multis mendis) vitiata prodierunt, clariora, & emendatiora reddantur.

Initium itaque faciam operis mei ab hoc tractatu plurimi quidem faciendo, quippe qui authorem habeat, cui nec ſolers diligentia defuit, nec veri amor, & qui præterea res, prout vidit, accurate exaravit. Topicas proinde deſcriptiones aliam ex alia proſequitur, atque antiquiores Cretæ memorias ſeu ad fabulam, ſeu ad hiſtoriam pertinentes identidem interſerit, in quibus ſi quid vitioſum admiſcetur, delebitur ab appoſitis notis, quæ lucem affundunt, ſicuti idipſum præſtare videtur prolixior quidam ejusdem authoris tractatus, qui & ipſe de Creta eſt. Is cum in meas nuperrime manus Florentia advenerit, abſoluta notarum appoſitione exhibendus erit.

Hos tractatus ſequetur deinde Chronologica ſeries Sacrorum Præſulum Græci ritus in ſuis reſpective ſedibus, quam ad illam tempeſtatem producam, cum Veneti ineunte ſæculo XIII. in Inſula Cretæ dominari cæperunt; licet enim aliqui ex Græcis etiam poſt ſubactam Venetæ ditioni Inſulam Metropoliticæ dignitatis titulum ſibi uſurpaverint, tamen numquam in Creta commorari ex publico interdicto valuerunt.

Hinc tertio ad Latinos Præſules ſive Epiſcopos ſive Archiepiſcopos deſcendam, quibus per eadem Veneti Dominii initia conſtitutæ fuerant in tota late Inſula Sedes, atque Diœceſes.

Quia porro expedit documenta, quotquot ſunt, inedita tamquam ſuperſtites antiquitatis reliquias ab injuria temporum vindicare, & in omnium ordinum atque potiſſimum in litterariæ Reipublicæ utilitatem proferre, idcirco productus ea, quæ in tot ac tantis rebellantium

Cre-

Cretenſium motibus ad res Venetas attinent ; Duchas (ut vocant) Cretæ, Venetiis illuc cum Imperio miſſos Chronologice dabo, eo ſcilicet ordine, unde mihi opportunitas adſit afferendi ſelectiora documenta, quæ non ſolum Creticam & Venetam Hiſtoriam vel augeant, vel illuſtrent, ſed etiam viris & familiis belli & pacis artibus clariſſimis perennem gloriam concilient.

Hoc pacto quatuor inter ſe conjunctis partibus opus hoc qualecumque conſtabit, quod quamvis mihi inſcribatur CRETA SACRA, nimirum ob finem, quem potiſſimum mihi propoſui, attamen titulo non habebit reſpondentes partes niſi ſecundam & tertiam, quæ ſeries Præſulum in utroque ritu Græco & Latino complectuntur. Prima urbium enumerationes & originem, locorum naturalem indolem & plagam, atque antiquiores notitias; quarta res a Venetis geſtas terra marique exhibebit. Age igitur, primam aggrediamur.

CRE-

INDEX CHRONOLOGICUS
DIPLOMATUM ET DOCUMENTORUM
PER CLASSES DISTRIBUTUS.

Numerus Romanus Tomum indicat, Arabus vero paginam denotat.

SUMMORUM PONTIFICUM.

GRegorius IX. 1239. 5. Julii, Recipit in jura Apoſtolicæ Sedis Eccleſiam Sancti Marci de Candia II. 8

Eadem die. Mandat Epiſcopo Geraptrenſi, ut Eccleſiam Sancti Marci de Candia recipiat in jura Apoſtolicæ Sedis II. 9. memoratur hoc documentum. II. 180

Clemens V. 1307. 28. Maii, Apoſtolicis Delegatis mandat, ut Venetos hortentur ad recuperanda bona Epiſcopatuum Calamonenſis, & Mellipotamenſis, quæ aſſerebantur occupata fuiſſe a Græcis. II. 298

Urbanus V. 1363. 7. Decembris Ducem & Commune Venetiarum hortatur, ut concordiam ineant cum rebellibus Cretenſibus. II. 329

1364. 19. Januarii. Duci Venetiarum ſignificat, ſe Archiepiſcopo Cretenſi mandaſſe, ut rebellcs Cretenſes ſtudeat ad obedientiam & fidem revocare. II. 330

1364. 27. Junii, Gratulatur Duci Venetiarum de rebellibus proſtigatis, & de recuperato Dominio Inſulæ Cretenſis, ipſumque hortatur, ut in ſubſidium belli ſacri ſuppetias mittere feſtinet. II. 339

1366. 11. Decembris Ducem & Commune Venetiarum hortatur, ut rebelles Cretenſes ad gratiam redire cupientes excipiant, & ad veniam admittant. II. 343

Eadem die. Andruyno Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato mandat, ut negotium concordiæ inter Venetos, & ipſorum rebelles Cretenſes conciliandæ ſollicite proſequatur. II. 345

Gregorius XII. 1408. 20. Junii Mandat Epiſcopis & Prælatis Cretenſibus, ut reſidere debeant in ſuis Eccleſiis, & beneficiis. II. 111.

Alexander V. 1409. 10. Decembris Aſſumptos a Gregorio XII. *tempore inhabili* ad beneficia Eccleſiaſtica in ditione Veneta in iisdem confirmat. II. 367

Joannes XXIII. 1414. 2. Aprilis Concedit, ut in Eccleſia Candienſi S. Franciſci Aſſiſienſis celebrari poſſint a Græcis in feſtivitate ipſius Sancti Divina Officia juxta ipſorum Græcorum ritum. II. 15

Eugenius IV. 1446. 6. Aprilis Fantinum Dandulum Archiepiſcopum Cretenſem inſtituit Apoſtoliæ Sedis Legatum de latere in Creta. II. 79

Clemens VIII. 1595. 16. Decembr. Suſpendit excommunicationem latam ab Archiepiſcopo Cretenſi con-

tra Ducham & Regimen Cretæ. II. 95
1596. 27. Januar. Suſpendit excommunicationem latam ab Archiepiſcopo Cretenſi contra Antonium de Caballis Capitaneum Candiæ, donec Venetias accedat, II. 97
1596. 18. Martii Prorogat ſuſpenſionem excommunicationis latæ ab Archiepiſcopo Cretenſi contra Antonium de Caballis. II. 98
1604. 1. Januarii Epiſcopatum Archadienſem ſupprimit ad preces Veneti Senatus, & menſæ Epiſcopalis redditus aſſignat Hoſpitali Militum de Candia. II. 132
Urbanus VIII. 1637. 5. Febr. Franciſco Zeno Canonico Chironenſi, confert beneficium Eccleſiaſticum Sancti Joannis in loco de Creta Novarienſis Diœceſis. II. 118

Patriarcharum.

Conſtantinopolitani. Ægidius Cardinalis 1528. 11. Martii Prædia menſæ Patriarchalis C. P. in Cretæ caſalibus poſita ad locationem concedit. II. 36

Episcoporum.

Chironenſes. Bonifatius Donoratico. 1311. 10. Auguſti. Ad preces Senatus Veneti Dominicum Michaelium confirmat in Canonicatu Chironenſi. II. 106

S. R. E. Cardinalium.

Jacobus Cardinalis Picolomineus 1468. 23. Decembris, Hieronymum Landum Archiepiſcopum Cretenſem laudat ob bene adminiſtratam Legationem Perufinam. II. 88
Laurentius Campegius 1534. 17. Auguſti Ducem Venetiarum rogat, ut ſibi permittat aſſumere Archiepiſcopatum Cretenſem, quem poſtea reſignare poſſit familiæ Landæ. II. 91
1534. 27. Novembris. Duci Venetiarum gratias agit, quod benigne excepiſſet preces, & opera ſua in negotio Archiepiſcopatus Cretenſis. II. 93

Imperatorum.

Carolus IV. Romanorum Imperator. 1364. ..... Gratulatur Venetis de rebellibus Cretæ profligatis. II. 337
Robertus Imperator Conſtantinopolitanus Tarenti Princeps. 1363. 14. Novembris. Subditis ſuis prohibet, ne accedant ad Inſulam Cretæ mercationis cauſa, donec duret bellum Venetorum contra rebelles. II. 321
1364. 5. Julii Gratulatur Duci Venetiarum de victoria relata contra rebelles Cretenſes. II. 338

REGUM.

Ludovicus Hungariæ Rex 1363. 6. Novembris, ſignificat Duci Venetiarum ſe prohibuiſſe ſubditis ſuis Maritimis, ne ſubſidia præſtent rebellibus Cretenſibus. II. 325

1364. 26. Junii Duci Venetiarum gratulatur de Cretenſibus rebellibus devictis, ſuamque lætitiam ei ſignificat. II. 337

Joanna Siciliæ Regina 1363. 9. Novembris, Subditis ſuis prohibet, ne in ſubſidium rebellium Cretenſium ad eam Inſulam accedant. II. 322

1364. 4. Julii Congaudet Duci Venetiarum de victoriis relatis contra rebelles Cretenſes. II. 338

Petrus Rex Cypri (1363.) 24. Novembris Mandat uxori & fratri ſuis adminiſtratoribus Regni Cypri, ut ſubditis ſuis præcipiant, durante bello in Creta contra rebelles, ſe abſtinere a quocumque commercio cum Cretenſibus. II. 326

Eadem die. Significat Duci Venetiarum, ſe Venetias celeriter acceſſurum, ut ad reprimendos Cretæ rebelles procedere poſſit. II. 327

DUCUM VENETIARUM.

Petrus Ziani 1211..... Septembris. Concedit oppida & prædia in Inſula Cretenſi Coloniæ equitum, & peditum Venetorum eodem miſſæ, iisque viris ſtatuit debita & obſequia, ad quæ ipſi & eorum ſucceſſores teneantur. II. 226

1222..... Junii. Novæ Coloniæ Venetorum in Cretam miſſæ concedit prædia & privilegia ſtatutis obedientiæ & ſubjectionis conditionibus. II. 251

Marinus Maurocenus 1252. 29. Aprilis. Novam Coloniam Venetorum mittit in Cretam, eisque aſſignat prædia, & debita obſequia conſtituit. II. 274

Petrus Gradonico 1307. 12. Septembris. Inſtituit Sindicum, qui appellare debeat a Delegatis Apoſtolicis ad Papam contra Epiſcopos Calamonenſem & Mellipotamenſem. II. 301

Laurentius Celſi 1364. 5. Septembr. Exhibet gratiam veniæ rebellibus Cretenſibus ſi redire velint ad obedientiam. II. 348

Andreas Contarenus 1366. 9. Mart. Antiquam conceſſionem Pheudorum factam Coloniæ Venetæ in Creta abrogat, novamque inſtituit, pro qua jurare fidem teneatur. II. 353

1371. 17. April. Viris Latinis prohibet, ne Græcis vendant bona, quæ a Dominio Veneto habuiſſent. II. 354

1376. 20. Aprilis. Mandat Regimini Cretæ, ut Joannem de Fraganeſco integret in bonis ab ipſo pridem emptis. II. 350

Thomas Mocenicus 1418. 26. Octobris. Mandat Regimini Cretæ, ut reſtitui curet Sacerdotibus Latinis ſuos redditus, ne ob inopiam deſerere cogantur curam animarum. II. 373

Franciſcus Foſcari (absque Chronica nota, circa annum 1450.) Mandat regimini Cretæ, ut authoritate Conſilii XL. virorum ad Criminalia inquirat in illos, qui agnos crucifixerant, eosque puniat. II. 382

Chriſtophorus Maurus 1462. 7. Sep-

ptembris. Regimini Cretæ mandat, ut violentos juvenes injuriam Virginibus inferentes ſuſpendio puniat. II. 390
1464. 23. Septembris. Committit Archiepiſcopo Cretenſi Romæ commoranti, ut diſponere faciat domos pro Legatis Venetis ad Curiam accedentibus. II. 87
Marinus Grimanus 1597. 14. April. Franciſcum Quirinum ob ipſius merita ornat equeſtri dignitate, ipſique & poſteris concedit caſtrum Themenos. II. 432
Leonardus Donatus 1609. 13. Octobr. Bartholomæum Dandulum ob præclara ipſius merita inſtituit auratum Equitem, eique, dum in vivis agat, concedit Oppidum Bonifatii. II. 437

Ducum Januensium.

Gabriel Adurnus 1363. 9. Novembr. Prohibet Januenſibus, ne accedant ad Cretam, quoadusque duret Cretenſium rebellio. II. 323
Eadem die. Declarat vetitum eſſe Januenſibus ad Cretam accedere vel commercii, vel ſubſidii eauſa, donec vigeat bellum Venetorum contrà rebelles Cretenſes. II. 324
Eadem die. Duci Venetiarum ſignificat per epiſtolam mandatum Januenſibus datum, ut a ſubſidio, & commercio Cretæ tempore rebellionis ſe abſtinere debeant. II. 325

Senatus Veneti.

1334. 16. Julii. Monet Archiepiſcopum Cretenſem ne novitates inducat ad turbanda jura Eccleſiæ Primicerialis Sancti Marci de Candia. II. 11.
1363. 14. Januarii. Prohibet Proviſoribus Venetis in Cretam legatis, ne proditionis pœnas remittant decem rebellibus in publica epiſtola nominatis. II. 331.
1366. 26. Aprilis. Decernit, ut Summo Pontifici commendetur Nicolaus Fuſcarenus Epiſcopus Chiſſamenſis. II. 161
(Absque Chronica nota, circa annum 1366.) Significat Urbano V. ſe omnia egiſſe, ut rebelles Cretenſes ad concordiam, & veniam adduceret, eorum perfidiam & contumaciam oſtendit, & Pontifici gratias agit. II. 345
1367. 15. Febr. Decretum pro electione novi Archiepiſc. Candiæ. II. 53
1368. 12. Martii. Decretum pro electione Archiepiſcopi Candienſis. II. 53
1369. 19. Junii. Andream de Firmo electum Epiſcopum Archadienſem ſtatuit commendandum eſſe Pontifici pro confirmatione. II. 128
1379. 12. Novembris. Decernit ut Joannes Quirinus Minorita commendetur Pontifici pro Epiſcopatu Jerapetrenſi. II. 181.
1383. 8. Julii. Decernit agi debere ne quidam Epiſcopus Minorita eligatur Archiepiſcopus Cretenſis. II. 56
1388. 14. Julii. Decretum, ut Antonius Gallina commendetur Summo Pontifici pro obtinendo Prioratu S. Antonii Viennenſis. II. 56
1411. 10. Maii. Committit Leonardo Delphino Archiepiſcopo Cretenſi, ut ſe conferat ad ſuam Eccleſiam. II. 63

1415. 15. Septembris. Permittit Franciſco Bembo Duchæ Cretæ, ut ſibi conſtruere poſſit navim, qua deducatur ad inviſendum Sanctum Sepulcrum. II. 269
1417. 6. Junii. Decernit, ut redditus Epiſcopatuum & Prælaturarum in Creta vacantium aſſignentur ad alimoniam Sacerdotum Latini ritus, atque ad reficiendas Eccleſias. II. 371
1425. 18. Maii. Mandat omnibus Epiſcopis ditionis Venetæ Orientalis, ut redire debeant ad ſuas Eccleſias, ibique reſidere, proventus autem renuentium inſumantur in ſacra officia. II. 375
1426. 14. Maii. Mandat Regimini Cretæ, ut Fantinum Valareſſium adduci curet in poſſeſſionem Archiepiſcopatus Candiæ. II. 73
1441. 12. Julii. Permittit Patriarchæ Conſtantinopolitano, ut locare poſſit prædia ſuæ Eccleſiæ poſita in Regno Cretenſi. II. 206
1442. 24. Maii. Mandat Regimini Cretæ, ut inſtruat paramentis Eccleſiam S. Marci de Candia. II. 13
1443. 13. Aprilis. Agit pro conſervatione reddituum Epiſcopatus Chironenſis. II. 113
1447. 2. Januarii. Commendat Nicolao V. Fantinum Dandulum Archiepiſcopum Candiæ, ut eum confirmet in Epiſcopatu Patavino, ad quem delectus fuerat. II. 81
1463. 30. Novembris. Mandat Regimini Cretenſi, ut loca circa Lafitim & Anopolim ſoli faciat ad præſidium belli ſæri. II. 392
1465. 21. Martii. Reprehendit Regimen Candiæ, quod neglexiſſet culturam in agris Lafiti. II. 393
1490. 23. Septembris. Statuit, ut nonnulla officia Cretæ, quæ antea eligebantur Venetiis, de cætero eligi debeant in Creta. II. 398
1497. 11. Septembris. Decretum de agris deſertis Lafiti deducendis ad culturam. II. 395
1515. ..... Legato ſuo in Curia Romana mandat, ut apud Summum Pontificem agat pro Canonicis S. Titi Candienſis ad reſidentiam reducendis, & devineendis. II. 422
1645. 18. Octobris. Mandat Oratori ſuo in Curia Romana, ut Milanum Bencium Epiſcopum Cydonienſem egregie de fide & patria meritum Summo Pontifici nomine publico commendet. II. 161

Regiminis Cretæ.

1223. 8. Januarii. Concedit militias & privilegia familiæ Miliſſinæ Cretenſi in gratiam Veneti Dominii poſt rebellionem reſtitutæ. II. 261
1234. ... Octobris. Recipit in gratiam rebelles Cretenſes, eisque concedit veniam, & elargitur privilegia. II. 267
1236. ... Julii. Jurat conventiones pactas cum exercitu Græci Imperatoris, qui dimittere teneatur Venetis caſtrum S. Nicolai in Creta. II. 273
(Sine chronica nota, poſt annum 1299.) Significat Duci Venetiarum concordiam initam cum Alexio Calergio rebelli, eique dirigit pactas conventiones. II. 290
1316. 2. Aprilis. Rogat Ducem Venetiarum, ut ad officia Cretæ deligat probos & probatos viros. II. 307
1362. 9. Decembris. Promulgat ſententiam in controverſia civili contra Fratres Cruciferos. II. 19.

1365. 28. Aprilis. Decernit, ut dies X. Maii feſtiva de cætero ſit, ob receptam Cretam a rebellibus pridem occupatam, & in ea annuatim fiant ſolemnis ſupplicatio mane, & ludi equorum a prandio. II. 340

1371. 23. Septembris. Pellit in exilium Dionyſium quemdam Papatem, qui ſe ſimulaverat Archiepiſcopum Græcum. I. 213

1371. 16. Decembris. Decernit Georgium Petropulum eſſe Ruſticum agricolam Monaſterii Sinaitarum. I. 223

1372. 27. Januarii. Adjudicat Monialibus Sanctæ Catherinæ de Burgo Candiæ Eccleſiam Sancti Cyrilli. II. 24

Eadem die. Confirmat Monialibus S. Catharinæ de Burgo Candiæ Eccleſiam Sancti Cyrilli contra Quæſtores Communis. II. 27

1372. 22. Martii. Integrari jubet Joannem de Fraganeſco in bonis ab ipſo pridem emptis. II. 350

1372. 22. Junii. Epiſcopo Chironenſi adjudicat domos quasdam poſitas in Civitate Candiæ. II. 108

1372. 23. Julii. Conſiliarii Candiæ confirmant electionem Philippi Cornarii, qui a Ducha Cretenſi electus pridem fuerat Primicerius Candiæ. II. 12

1381. 7. Martii. Decernit Angelum Paſcalicum jure uti poſſe quadam aqua ex bonis Epiſcopatus Chironenſis. II. 109.

1573. 12. Auguſti. Orat Principem Venetum, ut ſolvat quamdam pecuniam ipſi Reginini mutuo datam. II. 430

VARIORUM.

1204. 12. Auguſti. Bonifatius Montiſferrati Marchio ſtatutis pretii conditionibus cedit & vendit Venetiis Inſulam Cretæ. II. 222

1211 ... Octobris. Milites & Equites Veneti miſſi in Coloniam Cretenſem jurant ſubjectionem, & obſequia Petro Ziani Duci Venetiarum. II. 232

1212. Indictione I. (ideſt poſt Kal. Septembris) Diviſio bonorum inter viros Coloniæ Venetæ miſſæ in Cretam. II. 239

(Absque Chronica nota, poſt annum 1212.) Conventiones concordiæ initæ inter Jacobum Theupulum Ducham Cretæ, & Marcum Sanutum. II. 245.

1222. .. Februarii. Nicolaus Sevaſto & alii Cretenſes prius rebelles jurant fidem & obedientiam Duci Venetiarum. II. 265

(Absque Chronica nota, poſt annum 1222.) Nicolaus & Michael Sevaſtos tradunt Ducha Cretenſi ejusque Conſilio Caſtrum Sancti Nicolai, quibusdam ſtatutis conditionibus. II. 270

1236. 23. Julii. Milites Imperatoris Trapezuntini certis ſtatutis conditionibus remittunt Caſtrum Sancti Nicolai in Creta in poteſtatem Venetorum. II. 272

1294. 7. Aprilis. Viri ſapientes judicant Albertinum Mauroceum rite abſolutum fuiſſe ab excommunicatione. II. 44

1307. 12. Septembris. Donatus Lambardus nomine Ducis & Communis Venetiarum appellat a Delegatis Apoſtolicis ad Pontificem pro factis Epiſcoporum Calamonenſis, & Melipotamenſis. II. 302

1364. 15. Maii. Proviſores Veneti in

in partibus Cretæ jubent rebelles capite plecti, prohibentque ne quis reorum corpora amovere audeat. II. 334

1364. 2. Auguſti. Proviſores Veneti in Creta ſignificant per epiſtolam Duci Venetiarum ſupplicium ſumptum de rebellibus. II. 334

Eadem die. Denotant Duci Venetiarum Proviſores Veneti in Creta quid agere decreverint, de iis qui adhuc ſupererant ex familiis Gradonica & Veneria. II. 335

(Absque Chronica nota circa annum 1366.) Proviſores Veneti in Creta lato decreto cavent, ne quis in planitie Laſitis habitare, agros colere, aut beſtias ad paſcua ducere præſumat. II. 349

1368. 16. Septembris. Exhibiti ad Epiſcopatum Agienſem. II. 151

1407. 18. Octobris. Exhibiti ad Archiepiſcopatum Candiæ II. 61

1408. ... Aprilis. Exhibiti ad Archiepiſcopatum Candiæ. II. 61

1408. 14. Septembris. Exhibiti ad Archiepiſcopatum Candiæ. II. 63

1409. 14. Martii. Exhibiti ad Epiſcopatum Archadienſem. II. 130

1415. 17. Aprilis. Exhibiti ad Archiepiſcopatum Candiæ. II. 64

1418. 14. Martii. Exhibiti ad Epiſcopatum Agienſem. II. 153

1447. 19. Octobris. Exhibiti ad Archiepiſcopatum Candiæ. II. 80

1447. More Veneto, ideſt 1448 ... Febr. Exhibiti ad Archiepiſcopatum Candiæ. II. 85

INDEX

INDEX
ALPHABETICUS
Nominum Illuſtrium & Rerum Notabilium:

Numerus Romanus Tomum indicat, Arabus vero paginam denotat.

A

Abbates Græci ritus in Creta. I. 226 quomodo eligantur. I. 226 227.
Abbatiæ Græci ritus in Creta. I. 226
de Abbatibus Oliveriis Annibal laudatur. II. 66
Abraham Bartholomæus Epiſcopus Arienſis. II. 172 an idem cum Bartholomæo Sirigo. II. 172 173
Achæi cingunt muris Pholaarnam. I. 51
Acroaſes ſeu Auditiones Theodoſii Diaconi pro recepta Creta. Græcæ. I. 269 Latinæ. I. 297
Adurnus Gabriel Dux Januæ. Vide diplomata Ducum.
Ægidius Cardinalis Patriarcha C. P. II. 36
Ægidius de Gallutiis Archiepiſcopus Candiæ. II. 46 ejus inſcriptio ſepulcralis. II. 47
Ægidius Patriarcha Gradenſis Ordin. Præd. Apoſtolicus Delegatus. II. 297
Æmiliano Familia.
Paulus Antonius Candiæ Ducha. II. 422
Petrus Candiæ Ducha in Creta moritur. II. 312
Æneas fundat civitates in Creta. I. 7 28 42 90
Ænemetrin Noe pronepos ex quo Pamphili. II. 188
Ænobarbus. Vide Hariadenus.
Agamemnon fundator urbium in Creta. I. 7 28 42 90
Agarcni invadunt Cretam. I. 42 203 II. 214 exercent pyraticam. I. 49 II. 216 eorum mores. I. 207. ædificant Candiam. II. 214. vincunt & profligant Græcos. II. 215 216 217 vincuntur a Græcis. II. 216 217 qui ſuperſtites in Creta rediguntur ad captivitatem. II. 240
S. Agathopus Martyr, ejus patria. I. 44 155 Vide Martyres.
Agenor Rex Phœnicis pater Europæ. II. 196
Ageoſtephanites Familia rebellat. II. 241. & ſeq.
Agnelinus Epiſcopus Sudenſis. II. 458
Aicardus Ord. S. Auguſt. Epiſcopus Chiſſamenſis. II. 161.
Aimo ſeu Emo Familia.
Aloyſius Candiæ Ducha. II. 422
Petrus Epiſcopus Cremenſis exhibitus ad Archiepiſcopatum Candiæ. II. 101
Alabantus Antonius Generalis Ordin. Servorum memoratur. II. 18
Alcmanus Pyrata victus a Venetis. II. 249
de Aleppo ſeu Alerio Dominicus Epiſcopus Chiſſamenſis confecrat Eccleſias Venetiis. II. 165 Apoſtolica delegatio, obitus & ſepultura. Ibidem.

de Blaſiis Julianus defendit arcem S. Theodori. II. 444 ſtrenue pugnans occumbit. ibid.
Boldu Familia.
Petrus Candiæ Ducha. II. 423
Bollani Familia.
Candianus illuſtratur, ejus regimen Cretenſe. II. 395
Dominicus Candiæ Ducha. II. 403
Dominicus Ord. Prædic. Epiſc. Agicnſis. II. 100 155 obitus & epigraphe. II. 156 perperam dictus Dionyſius. II. 457
Ludovicus Ord. Cruciferorum Epiſcopus Milopotamenſis. II. 457
Ludovicus Ord. Servorum exhibitus ad Archiepiſc. Candiæ. II. 61
Stephanus exhibitus ad Archiep. Candiæ. II. 100
Bondelmontius Chriſtophorus deſcribit Cretam. Præf. pag. 5 I. 1 75 77 aliquando errat in enarrat. I. 9 35 95 ejus periculum. I. 109
de Bonfantinis Victor exhibitus ad Epiſcopatum Agicnſem. II. 153
Bonifacius VIII. Leonardum Falctrum creat Patriarcham C. P. II. 45 & poſtea Archicpiſc. Candiæ. II 46
Bonifatius IX. concedit Monaſter. S. Georgii de Alga Canonicis Sæcul. II. 162 eligit Epiſcopum Jerapetræ. II. 181.
Bonifatius Donoratico Epiſcopus Sagonenſis deinde Chironenſis. II. 106 demum Epiſcopus Coronenſis. II. 107. Vide Diplomata.
Bonifatius Marchio Montiſerrati Dux exercitus Principum Latinorum. II. 219 obtinet Theſſaliam. II. 219. 221. & Cretam ex donatione Imperatoris. II. 219 220 Cretam vendit Venetis. I. 220. II. 3 5 219 221 documentum ceſſionis. II. 222 obſidet Adrianopolim. II. 221
Bonifatius Pſeudoepiſcopus Chironenſis, II. 107 Pſeudocardinalis revertitur ad clauſtra. II. 108
Bono Familia.
Andreas Epiſcopus Caprularum poſtea Petenenſis, demum Agienſis. II. 152
Andreas Epiſcopus Equilinus. II. 78
Dominicus Candiæ Ducha. II. 355
Franciſcus Cretenſium Orator ad Senatum Venet. II. 422
Nicolaus Cretenſium Orator ad Venetos. II. 225
Otho pro Cretenſibus Orator ad Ven. Senatum. II. 422
Bragadeno Familia.
Benedictus Archiepiſc. Corcyræ exhibitus ad Archiepiſc. Candiæ. II. 101 102
Franciſcus electus Ducha Candiæ munus recuſat. II. 448
Jacobus Legatus in caſtris contra rebelles Cretenſes. II. 342
Laurentius Candiæ Ducha obiit. II. 374
Peregrinus Candiæ Ducha. II. 435 Obiit. II. 436
Brixa Epiſcopus Tergeſtinus. II. 43

C

de Caballis ſeu Cavalli Familia.
Antonius Præfectus Militaris Candiæ. II. 95 97 98
Marinus ſeditioſos Cretæ profligat. II. 428
Cæſius Cordus Cretæ Proconſul. II. 211
Caiphas ſepultus in Creta. I. 10 58 cjus mors. I. 59
Calbo Familia.
Antonius Candiæ Ducha erigit

urbis

urbis propugnacula . II. 426
Joannes Baptiſta obſes pro deditione Candiæ . II. 450
Calergio familia .
Alexius ſenior memoratur . II. 312
Alexius juvat Venetos contra rebelles Cretenſes. II. 285 invehitur in Venetos . II 287 fugit & rebellat. II. 288 cupit conciliari Venetis. II. 289 init pacem cum Venetis. II. 141 290 297 ejus fides in promiſſis . II. 305 306 reprimit ſeditioſos . II. 306 fugat rebelles . II. 308 311 obitus laudes & funera. II. 312
Alexius alter rebellis . II. 342 capite plectitur. II. 343
Andreas juvat Venetos contra rebelles Cretæ. II. 389
Georgius pater Alexii . II. 312
Georgius junior profligat rebelles. II. 310
Georgius alter rebellis . II. 342 capite plectitur. II. 343
Joannes rebellis . II. 342. caput ei abſcinditur . II. 43
Leo vir violentus ſuſcitat rebellionem . II. 310 ejus perfidia & ſupplicium. II. 311
Matthæus vir celebris apud Cretenſes. I. 106
Varda Dux rebellium . II. 309 victus interficitur . II. 310
Callimacus poeta carpit vitia Cretenſium . I. 61 127
Calliſtenes Hiſtoricus Cretenſis. Præfat. pag 4
Caloieri per Cretam . I. 3 4 7 12 15 80 90 100 101 106 107
Campeggio Laurentius Cardinalis renuntiatur Archiepiſe. Candiæ . II. 91 ejus epiſtola de receepto Archiepiſcopatu ad Ducem Ven. II. 91 93 ejus animi magnitudo . II. 91 92
de Canali Familia .
Bartholomæus Prior S. Antonii Venet. exhibitus ad Archiepiſcop. Candiæ. II. 64
Fabius Præfectus Militiarum Cretæ. II. 433
Guido Ducha Cretæ . II. 306 iterum Ducha,,' poſtea Procur. II. 307
Joannes Ducha Cretæ. II. 283
Canonicatus Archadienſes aſſignantur Cathedrali Thinenſi. II. 137 139
Canonici Cathedralis Cretenſis coguntur ad reſidentiam. II. 422
Capello Familia .
Aloyſius Candiæ Ducha deſignatus naufragio perit . II. 422
Antonius bis exhibitus ad Archiepiſcop. Candiæ . II. 102
Carolus Eques Candiæ Ducha . II. 425
Dominicus Candiæ Ducha . II. 427
Hieronymus Candiæ Ducha. II. 434 Proviſor Generalis . II. 435
Laurentius Militaris in Candia Præfectus. II. 374
Victor Præpoſitus Gener. Cler. Reg. de Somaſcha exhibitus ad Archiepiſc. Candiæ . II. 102
Caphthorym Noe nepos ex quo Cilices. II. 188
Capitanei præfecti ad dividenda bona Coloniæ Cretenſis. II. 237 & ſeq.
Capra nutrix Jovis. I. 21
Capſoealino Emmanuel rebellis ſuſpendio necatus. II. 313 314
Caravello Leonardus Ducha in Creta . II. 376
Carazacanepo Nicolaus Canonicus Cretenſis exhibitus ad Epiſc. Arcadiæ. II. 130
Carcer Dædali . I. 4 83
Careſino Raphaynus Chronologus Legatus Venetorum ad Januenſes. II.

316 ejus dicta graviſſima. II. 316 & ſeq.
Carmen Aloyſii Lollini de Creta. II. 442
Italicum in laudem Cretæ. I. 39
Latinum in laudem Cyriaci Anconitani. I. 38
Theodoſii Diaconi Græcum pro recepta Creta. I. 269 idem Latine redditum. I. 297
Carolus IV. Imperator oratur a Venetis ne juvet Cretenſes rebelles. II. 20 gratulatur Venetis de Victoria. Vide diplomata.
Carolus VIII. Gallorum Rex. II. 73
Carpenius Æneas Cancellarius Cretæ oppreſſus ruinis obiit. II. 421
de la Caſa Joannes electus Archiep. Beneventi confecrat Eccleſiam. II. 116
Caſalia menſæ Patriarchalis C. P. II. 40
de Caſſinis Thomas Epiſcopus Chiſſamenſis. II. 164 obitus & ſepultura. II. 165
Catapulta inventa apud Cretenſes. I. 124
Catena & Crux ferrea prodigioſæ. II. 147
Cathenigo Nicolaus Epiſcopus Chironenſis. II. 113
Catreus Cretæ Rex. II. 197 & ſeq. occiditur a filio Althamene. II. 198 200 condit Catream urbem. II. 200
Cauco Nicolaus Militiarum in Creta Præfectus. II. 397
Cecrops Cretæ Rex. II. 195
Celſi Laurentius Dux Venet. hortatur Candiæ urbis oppugnationem. II. 320 excipit Urbani V. epiſtolas. II. 328 & ſeq. honorat Franc. Petrarcham. II. 336. Vide Diplomata.
Ceres ſoror Saturni. II. 191 colitur a Cretenſibus. I. 245 247 ejus Templum. Vide Templum.
Cham filius Noemi ex quo Cretes. II. 188
Chaſonym nepos Noemi ex quo Lycii. II. 188
Chirſoca. I. 9 Vide Phoca.
Choreæ Cretenſium. I. 16 72
Chryſoneti genus ſervorum. II 28
Cibeles ſoror & uxor Saturni. I. 79
Cicero corripit Marcum Antonium de data Cretenſibus libertate. II. 211
Ciconia Familia.
Hieronymus Candiæ Ducha. II. 426
Joannes Dominicus Candiæ Ducha. II. 435
Marcus Candiæ Ducha. II. 431
Paſchalis Rethimi Rector poſtea Candiæ Ducha. II. 427 ejus virtutes & laudes. II. 227 & ſeq. Cydoniæ Rector parat ſubſidia Venetæ claſſi. II. 428 epigraphe. II. 429
Cilenio Baſilius Ord. Servorum Vic. Generalis in Græcia. II. 18
Cilices exercent pyraticam. II. 200 vexant Cretenſes & opprimuntur a Romanis. II. 202
Civis duarum civitatum. I. 31
Civrano Familia.
Cyprianus Candiæ Ducha. II. 446
Petrus Candiæ Ducha. II. 269
Clarotæ genus ſervorum. II. 28
Clemens V. excipit querelas Epiſc. Cretæ. II. 296 ſcribit pro eis Duci Venetiarum. II. 297 inſtituit Delegatos Apoſtolicos. II. 298 Vide Diplomata.
Clemens VI. indicit Concilium Viennenſe. II. 46 unit Archiepiſcopatum Candiæ Patriarchatui C. P. ibid. Creat Franciſcum Michaelium Archiep. Candiæ & Legatum Apoſtol. II. 47 creat Epiſcopos Sithienſem. II. 122. Agienſem. II. 150 Ciſſamenſem. II. 160 161 Veſtanum. II. 160 Canticenſem. II. 167

167 Arienſem . II. 169 & Melipotamenſem . II. 174 176
Clemens VII. unit Eccleſias Chironenſem & Arienſem. II. 115
Clemens VIII. eligit Archiep. Candiæ . II. 100. & Epiſcop. Rethimi . II. 146 & Epiſc. Milopotami . II. 456 Vide diplomata .
S. Cleomenes Martyr . I. 155 ejus patria . I. 156. Vide Martyres .
Clerus Cretenſis Græcus . I. 220 & ſeq. 227. II. 341 ejus multitudo . I. 227 ejus ritus . Vide Ritus .
Clerus Cretenſis Latinus . I. 227 II. 29 341 in Cathedrali Candiæ . II. 30 ejus ritus . Vide Ritus .
Cliſithera Filia Idomenei Regis . II. 201 occiditur a Leueo . II. 202
Cocalus Rex Siciliæ . I. 42 II. 196
Cœlum . Vide Uranus .
Collegium Græcorum Patavii . II. 125 160
Colonia Conſtantinopolitana in Creta . I. 16 74 85 107
Cretenſis in Aſia . I. 121 ad Caucaſum . I. 41 119 in Gallia . I. 114 in Italia . I. 114
Romana Cnoſſi in Creta . I. 138 II. 209
Veneta in Creta . I. 47 II. 3 31 laudatur . II. 316 317 obtinet oppida , prædia , & rura . II. 225 diviſa in equites & pedites . II. 226 jurat fidem . II. 232 extruit Eccleſiam Sancti Marci de Candia . II. 7 habet Eccleſias liberas . II. 228 dividit prædia ſibi conceſſa . II. 237 & ſeq. augetur numero . II. 250 & ſeq. 274 & ſeq. mittit Legatos ad Senatum Venetum . Vide Legati . luxu & delitiis corrumpitur . II. 316 317 rebellat . I. 53 II. 33 316 & ſeq. rebellium pheuda venduntur . II. 350 antiqua bonorum conceſſio reſcinditur . II. 352 nova bonorum conceſſio . II. 353 354
Columna aurea in phano Jovis Triphylii . II. 194
Columnæ marmoreæ e Creta ductæ Venetias . I. 120
Conſtans Imperator Conſtantini Filius obtinet Cretam . II. 213
Conſtantinopolis civitas capta a Latinis . II. 220 Iterum expugnata . II. 221
Conſtantinus Copronymus Imperator Iconoclaſta . I. 177 ejus ſævities in Catholicos . I. 179
Conſtantinus Magnus transfert Byzantium Imperii ſedem . I. 95. 134 II. 213
Conſtantinus Porphyrogenitus Imperator . I. 49 bellum movet contra Agarenos . II. 216 217
Conſtantius Archiepiſcopus Cretenſis . I. 214 220
Contareno Familia .
Alexander Epiſcopus Rethimnenſis . II. 143
Andreas Dux laudatur in funere ab Archiep. Cretenſi . II. 57 58. Vide Diplomata .
Andreas Legatus Veneti Senatus ad rebelles Cretenſes . II. 318
Antonius Epiſcopus Arienſis , poſtea Archiepiſc. Candienſis . II. 57 169 laudat in funere Andream Contarenum Ducem . II. 57 ejus obitus . II. 58
Antonius Patriarcha Venetiarum . II. 165
Dionyſius Ducha Cretæ . II. 425
Gaſpar Cardinalis Epiſc. Bellunenſis . II. 144
Jacobus Candiæ Ducha obiit . II. 397
Jacobus alter Candiæ Ducha in pugna vulneratur . II. 448
Joannes Monachus Camaldulenſis

Alexander V. Minorita ex Inſula Cretæ. II. 14. obitus ipſius parentum. II. 309 365 electus Papa in Concilio Piſano. II. 358 illuſtratur ipſius patria. II. 358 & ſeq. laudatur ejus doctrina. II. 364 elargitur munera Eccleſiæ S. Franciſci de Candia. II. 14. 365 Vide diplomata Pontificum.
Alexander ex Aragonia Ord. Prædic. Archiepiſc. Candiæ. II. 46
Alexander de S. Elpidio Ord. S. Aug. Archiepiſc. Candiæ. II. 46. an poſtea Epiſcopus Amalphi. Ibid.
Alexander Hiſtoricus Cretenſis Præf. pag. 3
Alexander Epiſc. Jerapetrenſis & Sithienſis. II. 125
Alexius Angelus fratrem expellit e throno. II. 218 220 victus a Latinis fugit. II. 220.
Alexius Iſaaci Imper. filius, quæritur ad necem. II. 220 implorat auxilium Principum Latinorum. ibid. donat Cretam Marchioni Montiſferrati. II. 220 222 excipitur in urbem Byzanthii. II. 220. occiditur a Murtillo rebelli. II. 221
Althamenes occidit Catreum patrem. II. 198 220 abſorbetur terræ hiatu. II. 200
Amalthea capra nutrix Jovis. I. 21 aliis Nympha nutrix Jovis. II. 193
Ambroſius Camaldulenſis vir doctiſſimus. II. 83
Amerinus in Creta. I. 95 ejus ſepulcrum. I. 9 55 95
Ametor Eleutherneus eximius Citharedus. I. 256
Amicla fundat urbem in Creta.
Ammon profugus in Creta. I. 18 deinde Cretæ Rex. II. 187
Amor infirmus unde dictus. I. 120
Amphamiotæ genus ſervorum. II. 28
Amphimalius condit urbem in Creta. I. 122
Amulio Familia.
Antonius Candiæ Ducha. II. 423 virtus ejus militaris & numiſma. II. 424
Anaſtaſius Epiſcopus Cnoſſi in Concilio Niceno Secundo. I. 239
Anchiſes fundator urbium in Creta. I. 7 42 90
Anderius Epiſcopus Cheroneſi in Concilio Epheſ. I. 258
S. Andreas Cretenſis Martyr, ejus patria. II. 204 205 elogium & authores de eo ſcribentes. I. 154 155 ejus vita Græca. I. 167. & Latine reddita. I. 177. propugnat ſacras imagines. I. 179 tormenta & virtus. I. 181 & ſeq. Martyrium & miracula. I. 186
S. Andreas Archiepiſcopus Cretenſis, ejus elogium. I. 154. encomiaſtes S. Titi. I. 194. Monachus & deinde Archiepiſc. Cretenſis. I. 201 defenſor ſacrarum imaginum. II. 113 defenditur a Monothelismo. I. 192. mors & Reliquiæ aſſervatæ Venetiis. I. 202
Andreas de Firmo Epiſcopus Archadienſis. II. 128
Andreas Epiſcopus Sithienſis. II. 122
Androgeus Minois filius occiſus ab Athenienſibus. II. 190 198
Andronicus junior Imperat. reſtaurat Archadiopolim. I. 241
Andronicus ſenior Imper. I. 134 mittit Legationem ad Venetos. I. 215
Andruynus Cardinalis Legatus agit de concordia inter Venetos, & ipſorum rebelles in Creta. II. 343 & ſeq.
Angelus Epiſcopus Civitatis Novæ. II. 128 illuſtratur nomen & Epiſcopatus. II. 129
de Angelis Julianus Ord. Præd. Epiſcopus Jerapetrenſis. II. 181
Antenor Hiſtoricus Cretenſis Præf. p. 4

Anthimus Patriarcha C. P. I. 218
Antonius Epiſcopus Agienſis. II. 150
Antonius Epiſcopus Calamonenſis. II. 142
Antonius Epiſcopus Jerapetrenſis. II. 180
Antonius Epiſcopus Sudenſis. II. 458
Antonius ſeu Octavius mittitur Præfectus in Cretam. II. 208
B. Antonius de Viterbo Ord. Servorum obtinet Monaſterium in Candia. II. 17
Apemoſyna Catrei Regis filia. II. 200
Apes nutriunt Jovem infantem. II. 192
Apollo dictus Tharræus. I. 41 cultus Apolloniæ. I. 118. ejus Templum. Vide Templum.
Apollonius ædificat urbem in Creta. I. 122
Aptera Rex in Creta. I. 123 II. 189 195 ædificat Apteram. I. 5 II. 189
Aquilæ in Creta. I. 5 98 miſſæ Galliarum Regi. I. 253 earum nidi. I. 5 85 97 253
ab Arboribus Ludovicus Ord. Minor. electus Archiepiſcopus Candiæ non confirmatus a Pontifice. II. 53
Archiepiſcopatus Cretæ Græcus. Vide Epiſcopatus Gortynenſis, & Gortyna Urbs.
Archiepiſcopatus Cretæ Latinus. II. 1. & ſeq. 229 unitur aliquando Patriarchatui C. P. II. 46 ejus ſuffraganei. II. 103. 104
Archiepiſcopatus Soltanienſis in Armenia Majori.
Archiepiſcopatus Scythopolis tranſfertur Nazareth. I. 210
Ardizono Familia.
Joannes Conſiliarius Candiæ obſidet Sethiam, & vulneratur in pugna. II. 266
Ariditas prodigioſa agri Archadienſis. I. 240
Ariema Princeps in Creta. II. 217 victus capitur a Phoca. II. 218
Arimundo Familia.
Aloyſius Candiæ Ducha. II. 422
Arivabenius Hippolytus Epiſcopus Jerapetrenſis. II. 182
Arſenius Archiep. Monobaſtenſis. II. 38
Arſenius Epiſcopus Pergami. I. 212
Aſterius Minois filius Cretæ Rex. II. 189
Athenienſes occidunt Androgeum Minois filium. II. 198
Atlantici populi gloriantur ortu Jovis. I. 22 61 & aliorum deorum. II. 194
Avanzago Familia.
Laurentius in Creta Præfectus carceri addictus. II. 377
Avaritia cauſa diſcordiarum in Republica. II. 204 movet Romanos ad injuſta bella II. 206 207
Auditiones ſeu Acroaſes Theodoſii Diaconi pro recepta Creta: Græcæ. I. 269 Latinæ. I. 297
Averoldus Bartholomæus Epiſcopus Calamonenſis. II. 143. ſepultura & epigraphe. II. 144
de Auguſtinis Joannes Ord. Minorum laudatur. II. 66 71 83
Auguſtus Cæſar, dimittit Cretam Populo Romano. II. 211 eam inſtituit Provinciam Prætoriam. II. 212 bellum agit contra Marcum Antonium. II. 212 donat libertate Lampæos. I. 250 & Cydoniates. I. 260
Aulus Julius Quadratus Cretæ Proconſul. II. 211 212
Avoldus Sebaſtianus Ord. Minorum Epiſcopus Rethimenſis. II. 146 ſepultura & epigraphe. II. 147
Aurio Familia.
Marcus Candiæ Ducha. II. 423
Petrus Candiæ Ducha excipit novam Venetorum Coloniam. II.

Philippus Candiæ Ducha obiit. II. 315

B

Babiloniæ Soldanus invadit Armeniam. II. 47
Baduario Familia.
Jacobus exhibitus ad Archiepiſcopatum Candiæ. II. 64 & ad Epiſcop. Agienſem. II. 153
Marinus Ducha Candiæ. II. 307
Marinus Epiſcopus Polenſis exhibitus ad Archiepiſcop. Candiæ. II. 102
Petrus Ducha Cretam ad quietem reducit. II. 284 Obiit. ibidem.
Petrus alter Ducha Candiæ. II. 315
Balbi Familia.
Bernardus Ducha Candiæ. II. 382 389
Euſtachius Ducha Candiæ. II. 397
Balduinus Flandriæ Comes electus Imperator C. P. II. 219
Barbadico Familia.
Angelus Epiſcopus Chiſſamenſis exhibitus ad multos Epiſcopatus. II. 162 Apoſtolicus Delegatus. ibid. Epiſcopus Veronenſis & Cardin. II. 163 164 illuſtratur tempus Epiſcopatus Chiſſamenſis. II. 163
Benedictus Legatus Cretenſis ad Senatum Venetum. II. 20 alius item Orator Cretenſium. II. 398. 403
Matthæus Candiæ Ducha. II. 425
Barbaro Familia.
Daniel Orator ad Regem Turcarum poſtea Candiæ Ducha. II. 426
Franciſcus Procurator laudatur. II. 183. recuſat regimen Cretæ. II. 357 juvat Georgium Trapezuntium. II. 374 Præfectus Forojulii. II. 376
Hermolaus Epiſc. Tarviſinus exhibitus ad Archiepiſc. Candiæ. II. 81
Hermolaus Procurator electus Patriarcha Aquilejenſis exhibitus ad Archiepiſcopatum Candiæ. II. 100
Lucas Franciſcus Candiæ Ducha. II. 447 ejus laudes & numisma. ibidem.
Marcus Chronologus emendatur & laudatur. II. 289
Barbo Familia.
Catharinus Epiſcopus Agienſis. II. 152
Georgius rebellis proſcribitur. II. 331
Ludovicus Prior S. Georgii in Alga exhibitus ad Archiepiſcop. Candiæ. II. 61
Marcus in Candia Ducha. II. 403
Pantaleon Eques Candiæ Ducha. II. 355
Petrus exhibitus ad Epiſcopatum Paduæ. II. 81
Baroccio Familia.
Jacobus in Creta Ducha. II. 274
Jacobus alter Candiæ Ducha. II. 286
Nicolaus Primicerius Candiæ. II. 10
Paulus Epiſcopus Agienſis. II. 152
Bartholomæus Ord. Servorum Vicarius Gener. in Græcia. II. 18
Bartholomæus Plebanus SS. Trinitatis Venet. poſtea Epiſcopus Agienſis. II. 151 geſta, obitus & ſepultura. ibidem.
S. Baſilides Martyr. I. 155 patria Cydonienſis. I. 156 261 Vide Martyres.

Baſilius Archiepiſc. Gortynæ Legatus Apoſtol. I. 201
Baſilius II. Archiepiſc. Gortynæ . I. 205
S. Baſilius Epiſcopus in Creta poſtea Archiep. Theſſalonicæ. I. 149 204
Baſilius Imperator recipit tributum ab Agarenis. II. 216
Battalea Familia.
Franciſcus Ducha Candiæ . II. 448 pugnans ſtrenue occumbit. II. 449
Beaqua Angelus Archiepiſc. Candiæ. II. 43
Becichemus Marinus, ejus doctrina & laudes. II. 154 404 405
Marius Marini filius Canonicus Brixiæ. II. 405
Belegno Familia.
Carolus Ducha Candiæ obiit. II. 440
Hermolaus Præfectus Selini occiſus. II. 309
Joannes Ducha Cretæ. II. 283 vincit & diſperdit rebelles. II. 285
Philippus Candiæ Ducha. II. 309
Philippus Orator Venetorum ad Joannem XXI. Papam. II. 10
Belletus Epiſcopus Ciſſamenſis. II. 160
Belli Joannes Epiſcopus Calamonenſis. II. 141
Bellonius Petrus Geographus laudatur & defenditur. I. 70
Bellum Trojanum; ejus tempora illuſtrantur. II. 195
Turcicum contra Venetos. II. 427 444
Belus colitur ab Aſſyriis. II. 195 ejus tempora illuſtrantur. II. 195
Bembo Familia.
Bernardus Candiæ Ducha . II. 397
Dominicus Conſiliarius Candiæ carceri damnatur. II. 377
Franciſcus Cretæ Ducha. II. 225
Franciſcus alter Cretæ Ducha. II. 368 inviſit Dominicum ſepulcrum. II. 369
Joannes Ducha Candiæ. II. 356
Matthæus Candiæ Ducha. II. 426
Petrus in Creta Legatus. II. 377
Bencius Milanus Epiſcopus Agienſis. II. 156 ejus pietas & conſtantia. II. 157 445 commendatur a Senatu. II. 157 158 Commiſſarius Generalis Pontificius obiit Beneventi. II. 159
de Benedictis Joannes Ord. Prædicat. exhibitus ad Archiepiſcop. Cretæ. II. 61
Marcus Ord. S. Auguſt. exhibitus ad Epiſcopatum Agienſem. II. 153
Benedictus XII. excipit legationem Venetorum. II. 21 eligit Archiepiſc. Candiæ. II. 47
Benedictus XIV. mittit epiſtolam authori. II. 5 laudatur. II. 407
Bergantenus Joſeph Maria Ord. Servorum laudatur. II. 132
Bergaſius Paulus Epiſc. Nimoſienſis Vic. Gener. Paduæ. II. 40
Bernabò Dux Mediolani pacem init cum Eccleſiæ fœderatis. II. 51
Bernardo Familia.
Franciſcus Candiæ Ducha . II. 424 425
Bernini Joannes Baptiſta Epiſc. Chironenſis. II. 117
Bertraminus Epiſcopus Ord. Minorum Arienſis ex errore dictus Mellipotamenſis. I. 74 relicto Epiſcopatu ſe recipit in Monaſterium. II. 171
Beſſarion Cardinalis Patriarcha C. P. II. 35 inſtituit in Creta redditus menſæ Patriarchalis C. P. II. 36 & ſeq.
Bethanico Sebaſtianus Venet. copiarum Dux contra rebelles Cretæ. II. 241 243

de

XIII mal, VIII

ſis exhibitus ad Archiep. Candiæ. II. 85
dirupta apparent, & in valle ad meridiem Sanctæ Mariæ, Sancti Nicholai, Sancti Georgii Eccleſiæ ſunt. Ex utroque latere hujus Inſulæ duo ſunt ſcopuli, quorum alter Paximadi dicitur a dextro in littore eſt Eccleſia Sancti Georgii. Deinde flumen Quartaro, ubi juxta mare ſalinæ ſunt, & a longe per miliare viridaria multa ſunt; non parum a flumine in quodam monticulo Carapina civitas ædificata erat, cujus parva extant veſtigia. Præterjuntur deinde torrentes, promontoria, & campi, in quorum ſummitate Elados olim oppidum videtur, a quo non longe Chirſonenſis civitas cum fertiliſſimo campo circumdata, in qua antiqua palatia, & columpnarum ædificia, atque portus magnificus a vetuſtate deletus, & aquarum longi conductus cernuntur, & cum a læva ulterius proceditur ſcopulus nomine Corata vel Cimolis invenitur, & a dextra Promontoria aliqua donec in ſinum nomine Cares invenitur, in quo tanta eſt amœnitas loci, quod fratres Min. S. Anthonii ibi Baſilicam ædificavere. Verſus Orientem in monte magna civitas Elecos olim erat, cum oppido propinquo nomine Coſo. Extant præterea in eodem ſinu duæ Inſulæ, Pyſira ſcilicet & Conida & in extremo ejus Promontorium nomine Spineleonde, ideſt Spinæ Leonis, in quo Molopiexepolis olim, nunc Iſtrina civitas eſt (76), quæ tota deſolata eſt, ad quam maxima aquarum exuberantia ab antro quodam profluebat. Juxta quod quatuor ſunt molendina, prope littus paſſibus decem duo immanes lapides marmorei in terra dimiſſi ſunt, quorum quilibet in longitudine continebat brachia XVIII. in latitudine v. quorum groſſities quia a terra occupata erat, diſcerni non poteſt. Erant præterea columpnæ & marmorea ædicia dirupta, quæ maximam fuiſſe civitatis nobilitatem oſtendunt. Poſtea eſt littus arenoſum ultra quod & altis præruptis montibus Panormum olim, nunc Pachiamo oppidum deſolatum exiſtit. Tranſeundo deinde per longum iter in-

ſra alta ſaxa cum immeabilibus materiebus ad Promontorium propinquum Septiæ oppido pervenitur, quod a magna olim civitate Serapoli retro ſita derivabat, prope verſus montem Epiſcopatus hujus civitatis translatus fuit, & de Septia hodie titulum capiet, & magnum dimittendo ſinum Meſes Inſula cum Duio, & Pori Inſulis videtur. Poſtea Traucus portus eſt, poſt quem Samonium Promontorium exiſtit, in cujus conſpectu prope ſunt quidam ſcopuli.

Reſtat nunc, ut tertia pars hujus Inſulæ deſcribatur, quæ per ipſum medium tranſit. Eſt igitur in monte aſpero Eccleſia Sancti Iſidori cum duobus Calojeris, ex qua ulterius procedendo per montes ſine arboribus ad planum incultum devenitur non parvum, cujus in medio ſub parvo monticulo civitas Camera erat, quæ in quodam ſinu ac latere auſtrali torrentem habet, cujus etiam ædificia marmorea proſtrata ſunt. Deinde per montes altiſſimos reddentes thimi, in quibus etiam meliſſarum multitudo eſt. Plura rura ſunt, quorum ruſtici mel optimum in maxima quantitate faciunt, & in hujusmodi montibus Olum inexpugnabile oppidum eſt, ac etiam Cherſoneſus nunc villa. Poſt hæc monti Ditano Zapinis minutiſſimis obviatur, a quibus non modica pix extrahitur. In planum parvum ambulando deinde devenitur, in quo rura, nuces, ficus, & arbores domeſticæ circumcirca frontem videntur, ex quo per montes aſperos ad planum arenoſum pervenitur. Quo tranſacto per rectam lineam ad occiduum via, quæ infra anfractus Zapinorum & aliarum arborum eſt ſita, ad altiſſimum Diteum montem deducit, qui Cauſi nunc vocatur, in quo omnibus ſæculis juxta ripas nives ſunt infinitæ. Deinde per immeabiles & præcipitatas ſemitas in campum maximum pervenitur, qui cum ab altis montibus circumdetur XVIII. miliar. eſt. Circa finem dimittendo parvo maximum habet foramen, in quo aqua omnium montium circumſtantium habet introitum. Hæc eſt

ille

ille campus fertiliſſimus, qui Laſiti dicitur, quem propter timorem ruſticorum nobiles ſeminare non dimittunt, ſed multa nutrit armenta. (77) Ad Trionem palus mundiſſima ſine paſſibus remanet. Ad Auſtrum autem eſt Sanctus Cyrillus cum fonte nobiliſſimo propinquo. Denique cum ab iſto plano exitur duæ principales exiſtunt viæ, quæ in tanta vigent arduitate atque periculo, quod vix totus mundus auderet tranſire per eas uno cuſtodiente. Altera vero ad meridiem ſubſequuta eſt, in cujus exitu rus aliorum maximus Embarus eſt, in quo niſi malefactores, & exules habitant, qui in tanta vigent potentia, quod nullus ſine ipſorum concordia illuc accedere audet. Deinde hos agendo montes ad Sanctam Cardiotiſſam, (78) in quam beata Virgo multa operatur miracula. Hic ab alto monte Laſſiti a quodam antro tempore pluviali per ſubterraneas cavernas maxima copia aquarum exit, & magno cum ſonitu in mare deſcendit. Poſtea ad Mirinam olim Oppidum per altos Montes pervenitur, in qua conductus per decem milliaria miræ amplitudinis, & longitudinis deſcendebat. Ibique prope Pidiata oppidum in campo fertiliſſimo videtur. Ad Trionem autem in rure quodam Cirphonenſis Epiſcopus, cernitur. Ad Auſtrum vero Archadenſis Epiſcopatus. Poſt hæc ad Orientem in valle quadam vir nobilis nomine Nicholaus qui ex gente Scipionis exiſtit, viridarium ſimile Paradiſo cum ſculpturis marmoreis antiquiſſimis ædificari fecit. Ad Occiduum Bonifacium Oppidum antiquum in alto cernitur, quod a campis & vallibus circumdatur. Ibique prope ad Occiduum Chitima olim maxima civitas erat, quæ fere videtur. Relinquendo hic rura per declivum in planitiem magnam intratur, in qua juxta montem Gortina urbs, & Metropolis invenitur quam ille Minos Rex juſtiſſimus ædificavit. (79) Eſt etiam mons ſeparatus ab aliis cum palatio regali juxta flumen ad Trionem, in quo conductus ab alto veniens totam rigabat civita-

vitatem, quæ in magnitudine cum Florentia ſine mœnibus cingebat. In medio quoque coctilibus muris Templum ſuperbum erat prope inter palatium & templum, (80) Eccleſia vero magna nimis Titi diſcipuli Pauli Apoſtoli de ſtirpe Minois jam deſolata remanet cum corpore dicti non inventi, (81) quod flumen pontem miræ magnitudinis ad inſtar magnæ plateæ habet. Plura per civitatem buſta Idolorum, & Sanctorum ſunt proſternata. Juxta vero flumen hodie molendina exiſtunt, & per illas undique caſas columpnæ marmoreæ undique erectæ proſtratæ videntur. In capite autem hujus magni plani Artacina munitiſſima eſt, quæ hodie Belvedere vel Riſocaſtro dicitur. Ab iſto usque mare per planum XL. ſunt miliaria, in quo Lineum flumen in medio diſtenditur prope antedictam Gnoſiam ad Orientem per unum miliare Aghiosdeca, ideſt decem Sanctorum (82) Eccleſia eſt, quæ eſt ſatis magna & cum azuro & auro puriſſimo fulget cum pavimento marmoreo. Prope vero verſus Trionem cellulæ heremitarum in circulo quodam fere centum apparent. A latere trionali prope nobiliſſimam olim Gnoſiam dictam per duo miliaria in altum, ut dicitur, eſt Laberinthus, (83) eſt enim os ſuum arduum, denique in amplitudine devenit via una verſus Orientem ec. paſſuum eſt. Altera verſus Trionem, ut dicitur, nullum habet finem, per quam multæ viæ circumflexæ videntur, & in iſtam revertuntur principalem per MC. paſſus fons cernitur, juxta quem Palus parvula harundinibus cooperta reperitur cum lapide pleno aquarum. Ultra hanc aquam longa manifeſtatur via quam nulli aut pauci aggredere curant. Per totum magna eſt multitudo veſpertilionum, (84) & periculoſum eſt ambulare propter immanes lapides deorſum cadentes; de hoſtio dicti recedendo ad caſtrum novum parva valle devenitur, in quo propter aerem infectum a fluvio Lineo quia in eo in eſtate maceratur linum, homines infirmantur. Deinde per montes per-

agran-

agrando Eccleſia Sancti Johannis Apoſtoli cum multis Calojeris eſt, & verſus Trionem non per multa ſtadea olim Gnoſia in monte ſublimi cernitur, in quo eſt Epiſcopalis Eccleſia cum cadavere Sancti Pinti ejusdem Epiſcopi. (85) Inter Eccleſiam & Ideum montem vallis a vento periculoſiſſima eſt. Poſt hæc per altos montis anfractus ad Ideum pervenitur montem, cujus altitudo tanta eſt, quod per omnia maria nivium albebo ibi cernitur, cujus longitudo ab Oriente in Occidentem ſcilicet a Gnoſia usque Aperiapolim per lineam rectam eſt XL. milliar. Altitudo vero a radicibus usque ad ſummum eſt XXII. milliar. & via usque prope civitatem lapidoſa eſt, & fere equitabilis. Quando vero prope cacumen pervenitur ad IV. milliar. non poteſt equitari ſine maximo periculo in ſummitate cujus nonniſi nives videntur. Ad meridiem nulla eſt ſemita, ſed tanta eſt altitudo, quod oculus aſpiciens bovem nigrum ab Ega diſcernere non poteſt. Quinque de Oriente ad Occidentem collibus erigitur, quorum medius ſublimior eſt, in quo, ut dicitur, Saturnus in illo loco ubi eſt Eccleſia Sanctæ Crucis (86) templum in ſui laudem conſtruxit. Paſcua inter ſcabroſos lapides pinguia exiſtunt & arborum granæ magna copia. Hic, ut a paſtoribus dicitur, magna copia herbæ lunariæ invenitur, nam beſtiæ eam ibi repertam in radicibus paſcentes ſemper dentes auratos habent. Inſuper venam auri dicitur fuiſſe ibi repertam in radicibus montis. Odie ad Trionem rus Oſo nomine omnium aliorum hujus Inſulæ maximum, quod juxta principium fluminis ſitum eſt. In quo antea parva & maxima habitabilia ſunt, in quibus clam alendum ab Opi Jovem transmiſſum, & Curetis populis commendatum fuiſſe legitur. Iſti ab omnibus ſunt dilecti, & ſtrenues in bello & plusquam mille ſagittatores in eo ſunt, per immeabiles vias rus iſtud ab omnibus viſitatur cum cannulis infinitis, in quibus apes millifluant. Deſuper autem ab altis ripis cum ſonitu maximo aquæ ſem-

per

per cadunt. Ad Trionem per quatuor miliaria rus Camaricti nomine, in quo die Sancti Georgii populus infinitus aſſiduis choreis exercetur (87). Prope ad Orientem antrum non magnum in ore a Deo factum reperies, in quod aquæ omnium illorum montium deveniunt, & per meatus ſubterraneos juxta ſalſum flumen ad x. paſſus exire videntur. Deinde ad rus pervenitur, quod olim Laſos oppidum dicebatur, prope quod per quinque miliar. verſus planum in maximum intratur ambitum domorum nomen cujus Margarites appellatur, (88) ubi jam Panonia olim nobilis & magnifica urbs erat, cujus vix aliqua videntur veſtigia. Verſus Orientem non longe multum inter viridaria & loca amœna Millopotamenſis, ut dicitur, eſt, ad Occidentem per octo milliaria civitas Lephtina reperitur, quæ in monte aſpero ſita eſt, & in ea nullus ſub capitis pœna audet abire hoc tempore quo hæc Inſula a Venetis rebellavit per duos annos permanſit antequam capi poſſet (89). In ea quaſi per ſcalarum gradus aſcenditur periculoſe, in qua duæ ſunt ciſternæ in ſaxo inciſæ omnia ædificia deleta fuere. In plano prope eamdem civitatem eſt Epiſcopatus, cujus, propter arrogantiam Græcorum, Epiſcopus ibi non audet redditus colligere, neque habitare. (90) Poſt grave iter ab alia parte montis Idæ rus Merona dictum eſt in alto in ſuavi parte ſitum, ubi infinitæ arbores domeſticæ exiſtunt; ab hoc loco planus magnis ruribus ornatus cernitur, & in eum per periculoſas & aſperas valles intratur; exules cujuscunque conditionis huc veniunt. Verſus Orientem altera planities ſub jugis montium fertiliſſima cernitur, in fine cujus Tomaſium rus maximum eſt, quod antiquitus, ut dicitur, ſine mœniis & domibus populus maximus regebatur, & usque hodie in cavernis & de fructu ceraſi, & vinearum vivunt. Cum a Merona diſceditur per montem graditur, in cujus radicibus centum fontes emanare non ceſſant in quibus ampliſſima Roma-

norum

norum de C. Poli urbe (91) in hanc Inſulam ad dominandum venit, qui omnibus iſtis nobilibus Dominium atque loca conceſſit. Deinde magno peracto tempore ex continuis bellis jam feſſi in iſta devenere loca, qui hodie arma & nomen antiquum Romanarum domorum ferunt, & in tanta devenerunt quantitate, quod ſi concordes eſſent, leve fuiſſet eis Inſulam poſſidere, & primo ſunt Gortazi, ideſt Saturi (92) quingenti. Mellifini, ideſt Veſpaſiani trecenti numero. Ligni ideſt ſubtiles mille ſexcenti. Ulaſti, ideſt Papimani ducenti. Cladi, ideſt Ramuli centum octoginta. Scordili, ideſt Aglati octingenti. Venerunt poſt longum tempus duæ aliæ generationes, quæ cum iſtis locum habuere, ſcilicet Archuleades, ideſt Urſini centum, & Colonni, ideſt Alumnenſes qui fere triginta remanſere, & verſus Sithiam non cum aliis concordes locum elegere. Deinde cum ab hujusmodi ruribus diſceditur in planum non magnum pervenitur, a quo per anguſtam, & periculoſiſſimam viam in planum aliis meliorem devenitur; in quo Eccleſia Sancti Conſtantini eſt, a qua cum per frondiſluos montes & virentia prata diſceditur, minera auri & argenti ac ſtamni videtur, quæ hodie Stimpolis nominatur quæque in altiſſimo monte collocata eſt. A latere Orientis extra murum fons eſt, cujus latitudo XX. longitudo vero XL. paſſuum eſt, cum inciſis lapidibus. Prope autem in proclive iſtarum aquarum per centum paſſus Eccleſia eſt, in qua quinque ſepulcra antiquorum diſcooperta, (93) & aquis plena ſunt. Verſus Occidentem mons altiſſimus incipit, in quo homines brutales reſident, qui nunquam in aliquibus ruribus ac civitatibus fuere; in cavernis ac tuguriis habitant, & induti pellibus quaſi per totum annum ordei farinas, carnesque a Sole combuſtas comedunt, cumque aliquis in ejus ſummitate eſt infinitas, & altiſſimas cupreſſorum arbores videt. Ad dexteram vero Mirechephala, & Laucon montes, in quibus nives ſine arboribus ſunt, in quorum medio via eſt ſtrictiſſima, quæ circumcirca altos

præruptus habet, & per decem durat miliaria. Deinde per amœnos campos inter cupreſſos ad Eccleſiam Sancti Joannis pervenitur, a qua flumen Cacopetra videtur, cum per arduam viam diſceditur. Deinde per montes ambulando ad planum fertilem & rurales caſas pervenitur. Poſtea vero Olernam olim civitatem acceditur.

---

(1) Creta Inſula variis nominibus appellata legitur, quorum tria, *Cretam* ſcilicet, *Aeriam & Macaron* affert Plinius lib. IV. cap. XII. *Doſiades eam a Creta Nympha Heſperidis filia, Anaximander a Rege Curetum, Philiſtides Mallotes, Crates primum Aeriam dictam, deinde poſtea Curetim, & Macaron nonnulli a temperie cœli appellatam exiſtimavere. Ideam* primum a Jove de uxoris ſuæ nomine vocatam, ſcribit Diodorus Siculus, qui deinde addit Ammonem in Cretam profugum Inſulam ex Cretæ Nymphæ, quam ſibi uxorem junxerat, nomine *Cretam* appellaſſe. Telchiniam quoque aliquando nuncupatam fuiſſe tradunt Ethymologici Magni author, & Stephanus Byzant. in lib. de Urbibus. Nunc autem novum Inſulæ nomen affert Bondelmontius aſſerens Candiam priſcis temporibus *Niſon* dictam, nomen deinde Cretæ ſuſcepiſſe a Creto Nembrothi filio. Cretem hunc, quem Jovis ex Idæa filium & decem Curetorum fratrum natu maximum & Regem ſcribunt aliqui, Nembrothi filium dicunt tum Bondelmontius, tum Gotfridus Viterbienſis Chron. Par. III. cujus hæc ſunt carmina:

Obtinuit natos Nembrot patria variatos;
Cres puer ex fratrum numero primus reputatur
Cres Rex primus erat, cujus fuit Inſula Creta.

(2) Carpathus Inſula inter Cretam & Rodum ſita eſt, a qua nomen derivat maris Carpatii; de quo Ovid. lib. XV. Metamorph. *Donec Carpatius medio de gurgite vates.* Oppidum habet Poſidium nomine, quod modo Scarpanto nuncupatur. Urbs Epiſcopalis erat, cujus quatuor Antiſtites ejusdem nominis

minis Nicolai, refert Lequienius. Promontorium Salmon ad Orientalem plagam collocat etiam Dominicus Marius Niger in Commentario XI. Europæ: *Hinc litus Orientem ſpectat, quod Dorienſes tum incolebant, ubi primo Sammonium, ſive ut alii Salmonium promontorium attollitur; Salomon hujus ætatis nautæ dicunt.* Et Coritem ſeu Corycem promontorium ad Occidentem poſitum eſſe, ſcribit idem Niger Comment. citato. *Fuerunt namque Achivi Cretenſes, Comati, Dores, Pelaſgi, & Cydones, qui latus Occidentale Inſulæ incoluerunt. Ubi primo Corycis promontorium eſt, & civitas ejusdem nominis fuit* (de qua inferius), *cujus promontorii nomen Cambruſſa.*

(3) Diſſentiunt in Inſulæ latitudine & longitudine afferenda cæteri Geographi, Gerardus Mercator, Guil. Bleau, Ferrar. & alii, qui ejus longitudinem CCLXX. latitudinem vero L. milliar. eſſe aſſerunt, Plinii aſſertioni adhærentes, qui ei in longitudine 270. in latitudine 50. mille paſſus aſſignat. Conſule Strabonem, qui vetuſtiorum ſententias recenſet.

(4) Dividitur noſtris hiſce temporibus Regnum Cretæ in quatuor provincias ſeu territoria, ut vocant, quæ totidem adhuc ſuperſtitibus civitatibus ſubjecta ſunt, Candiæ ſcilicet Metropoli, Cydoniæ, ſeu ut hodie vocant, Caneæ, Sithiæ & Rethimo, olim *Rithymna* nuncupato; quæ quidem regiones ſub Veneta Dominatione per Venetos Prætores adminiſtrabantur. Inſulæ hujus Cœlum plagam & indolem admiratus Ariſtoteles, ita de ipſa ſcripſit l. II. Politic. c. VIII. *Videtur hæc Inſula ad Principatum Græciæ nata ac præ cæteris omnibus præclare ſita. Imminet enim univerſo Mari, cui Græci circumfuſi ſunt. Atque hac quidem parte exiguo abeſt intervallo a Peloponneſo: illo, ab Aſia loco, qui eſt circa Triopium, & a Rhodo. Quocirca imperium maris obtinuit Minos, atque Inſularum alias ſubegit, alias quamdiu fuiſſent defertæ coli fecit.* De Minoe Rege, & Inſula Cretæ ab eo in tres partes diviſa, hæc habet Georgius Phranza Protoveſtiarius in Chron. l. I. c. XXXVI. *Eſt autem hæc Inſula montibus & ſilvis frequentiſſima, valles habet fertiles, montes altitudine Taygeto non cedunt. Urbes antiquas*

ſupra nonaginta, ampliſſimas autem & illuſtriſſimas tres, Gnoſſum, Gortynam, & Cydoniam. Quarum Minos Cretenſium Rex potens mari, cum Inſulam tripartito divideret, in qualibet parte unam condidit. Idipſum a Jove actum eſſe, qui imperium terræ amicis, cognatisque diviſit, tradit Ennius, ut mox dicemus.

(5) Quamvis Creta in colles fere tota & montes aſſurgat, quatuor tamen in ea inveniuntur notatu digniores, quos recenſet Plinius, ſunt autem hi : Cadiſcus, Ida, in cujus antro Jupiter educatus traditur, Dictæus & Corycus. Dictam ſeu Dictæum montem *a Dicte Nympha* indigitatum diſtinguit Niger Comment. XI. Europæ a Dictynno monte *in Cydonia plaga* ſic a Diana cognominato, cum tamen antiqui, qui de Creta Inſula differuerunt, Dictam, Dyctinnum, & Dictæum veluti unicum montem efferant ortu Jovis inſignem. Hæc ſunt Nigri verba : *Nunc ad interiora Inſulæ divertamus : ſunt multi ac magni in ea montes, ut initio diximus, nota tamen digniſſimi Leuci, ideſt albi habentur, in Occidentali parte Inſulæ ſiti, qui altiſſimi ac in ſummo dorſo anguſtiſſimi ſunt.* (Albos hos montes ſcribit Meurſius *ex Solini verbis* colligens fuiſſe Cadiſcum & Dictam.) *Præter hos Dyctinnus erigitur mons in Cydonia plaga, ſic a Diana cognominatus, in quo phanum ejus Deæ fuit, Dædali opus. Similiter Ida mons, qui in medio, ubi latiſſime Inſula patet, conſurgit, ab Ida Corybantis filia denominatus, Cretenſium cunctorum celſiſſimus, rotundus pene 80. mil. paſſ. in circuitu, unde nives a verticibus numquam abſunt, quod etiam cæteris accidit. Ex quo Solinus, albes Creta jugis montium, qui ita excandeſcunt, ut eminus navigantes magis putent nebulam. Sed præter cæteros Ida, qui ante Solis ortus Solem videt, cujus in radicibus haud ignobilia tum oppida inſtar coronæ ſita erant, in quo occultatum a matre ac nutritum Jovem fuiſſe a poetis traditur. Poſtmodum Dicta ſive Dictæus mons auroram verſus eminet a Dicte Nympha vocitatus, qui in eo colebatur, in quo quidam genitum fuiſſe Jovem volunt, atque hinc a matre in Idam translatum abſconditumque.* In his itaque montibus genitum & enutritum fuiſſe Jovem fabulan-

tur

tur Cretenſes, Dictæum nativitati, Idam educationi ipſius aſſignantes. Cum enim (ita antiqui Scriptores) natus in Dictæ montis antro a Patre Saturno quæreretur ad necem, Rhea mater ipſum in Ida monte translatum, Curetibus educandum tradidit; Ita Strabo lib. x. *In Cretenſibus Hiſtoriis Cureres Jovis alumni dicuntur, & Cuſtodes in Cretam ex Phrygia acciti a Rhea, alii vero cum novem in Rhodo eſſent Telchines, qui Rheam in Creta ſecuti forent Jovem ibi educaſſe, ac Cureras dictos eſſe.* Diſſentit Hyginus in Poet. Aſtronom. qui Jovem non a Curetibus, ſed a filiabus Meliſſeæ Cretæ Regis educatum, aſſerit ex Parmeniſco antiquiore Scriptore. *Parmeniſcus autem ait Meliſſea fuiſſe quemdam Cretæ Regem. Ad ejus filias Jovem nutriendum eſſe delatum: quæ quod lac non haberent, capram ei admiſere, Amaltheam nomine.* Non a Capra pecude, ſed a Capra Nympha enutritum fuiſſe Jovem mavult Antonius Liberalis Metamorph. cap. xxxvi. ubi hæc ſcribit: *Quo tempore Rhea Saturnum metuens Jovem in ſpelunca Cretæ occultavit: Capra Nympha eum aluit ubera præbens: Capram vero, Rhea ita cupiente, canis aureus cuſtodivit.* Digniorem hoc numine nutricem prodit Agathocles Babylonius apud Athenæum, in cujus lib. ix. hæc legimus: *De ſuibus vero, quod hoc animal ſacrum ſit apud Cretenſes, Agathocles Babylonius libro primo de Cyſico in hunc modum ſcribit: Jovem in Creta natum fabulantur in monte Dicta, ubi etiam arcana quædam ſacra fiunt: Ajunt enim ſueni illi ſugendam mammam præbuiſſe, & circumcurſantem grunnitu ſuo effeciſſe, ut a prætereuntibus vagitus pueri audiri haud poſſet, itaque omnes animal iſtud veneratione ſumma dignum cenſent, nec ſuilla quisquam omnino veſci velit.* Subdit vero Agathocles Præſios in hac ſuperſtitione reliquis Cretenſibus haud conſenſiſſe, ipſosque ſues in ſacris immolaſſe. *Præſii vero, etiam ſacra faciunt ſue.* De ſue apud Cretenſes ſacro ſcribit Ludovicus Cælius Rhodig. lib. xiii. cap. lv. *In Creta ſacrum creditur animal hoc ſuillum, quod naſcenti Jovi Sus mammam ſubmiſerit.* Nec de nutrici animali ſolummodo, ſed & de nativa Jovis

patria

patria diſſentiunt vetuſtiores; licet enim potiſſima pars ſcriptorum Jovem Cretenſibus adſtruat, attamen Pauſanias in Arcadicis lib. x. eum in Arcadia genitum teſtatur: *Mons Lycæus in Arcadia Jovi ſacer olim Olympus dictus & ab incolis ſacer vertex appellatus, quod Jovem ibi educatum exiſtimarent, in quo fuit etiam ara Jovis Lycæi a Lycaone Pelasgi filio primum conſecrata.* Arcadiam hanc, quam enuntiat Pauſanias, Cretæ urbem Arcadiam, ſeu, ut ajunt alii, Arcadem eſſe putat Meurſius, unde ſcripſit Cretæ lib. I. cap. VI. *Arcades ſive Arcadia ..... Jovem illic quidam natum voluerunt, non in Ida Inſulæ ejusdem monte. Callimachus Hymno I.*

Jupiter: te quidem Idæis in montibus dicunt natum
Jupiter: alii vero Arcadiæ: utri, pater, mentiti ſunt?

Id autem quod de Arcadia civitate ſentit Meurſius, hoc de Arcadia regione intelligendum eſſe oſtendit ſupracitatus Rhodiginus, qui citati libri XIII. cap. XVII. ita ſcribit: *Certe in Arcadicis rebus Pauſanias ſcribit: In templo Cereris ſtatuam dextra facem geſtare; ..... ad ſiniſtram templi montem ſtatuunt Lycæum, qui & Olympus dicatur. Arcadum plerique ſacrum nuncupant verticem. Puto quoniam inibi educatum Jovem, eorum Mythicis eſt obſervatum .... Nymphas quæ Jovem educarint fuiſſe Thiſoam & Nedam & Agno.* Nec deſunt, qui Jovem apud Atlanticos & alios populos natum aſſerant; unde facile agnoſcimus fabulas ipſas, & ſuperſtitioſos veterum errores inter ſe pugnare, innumerisque contradictionibus ſcatere. Quod autem ad montes attinet; de ipſis fuſius diſſerit Meurſius, veterum teſtimonia afferens, in ſuo de Creta tractatu lib. II. cap. v. Agunt etiam de Cretæ montibus omnes fere Geographi aliique ſcriptores, quos inter Alphonſus Laſor a Varea in libro cui titulus, *Univerſus Terrarum Orbis Scriptorum Calamo delineatus* Alphabetico ordine Tom. I. ad litteram C. & Pittonius de Tourneſort in libro cui titulus, *Relation d'un voyage du Levant*, in prima & ſecunda epiſtola, quæ res Creticas illuſtrant.

(6) Cupreſſi, & aliæ arbores ad naves conſtruendas aptiſſimæ

ſimæ in hac Inſula frequentiſſimæ ſunt, quas memorat Niger Comment. Europæ XI. *Ingentes ibi arbores Cupreſſi præſertim ad naves fabricandas naſcuntur.* Ex iis *mirandæ* ſunt *altitudinis*, quæ ex montibus albis derivant, teſte eodem Nigro ſic ſcribente: *In bis* (montibus albis) *arbores cupreſſi mirandæ altitudinis groſſitieique naſcuntur: neque in convallibus, vel ipſorum montium lateribus, verum etiam in priſcis ac ſummis jugis, adeo ut ſpectabilius nihil humano viſui ſit, cujus materiei naves aliaque ad hominum uſum a Cretenſibus fiunt.* Cupreſſum Creticam memorat Lud. Cælius Rhodig. lib. XIII. cap. XXXII. his verbis: *Cupreſſum Creticam, ut præſtantiſſimam laudat in Sympoſiacis Plut. ſicut etiam Iſthmiam Pinum.* Lucum Cupreſſorum juxta viam, qua Cnoſſo iter eſt ad antrum Jovis, recenſet Plato libro Primo de Legibus: *Sunt vero, boſpes, ulterius progredienti cupreſſi in lucis mira proceritate ac pulcritudine.* Copiam ingentem cupreſſorum in lucis memorat Andreas Cornelius in ſuo Rerum Cretenſium ms. Chronico, ubi aſſerit incendium in quodam Cupreſſorum luco excitatum ad tres annos perduraſſe, absque eo quod humani auxilii ope poſſet extingui. Hæc ſunt Scriptoris verba: *Un grande & ineſtinguibile foco acceſoſi in uno di queſti boſchi di Cipreſſi nella parte della Fraſchia, ſenza poter eſſer mai ſpento, tre anni continui vi durò, il che chiaramente manifeſta la grandezza delli Boſchi, e la frequenza delli Alberi.* De hoc tamen incendio quid ſentiendum, videant Critici: aut enim lente proceſſit, & ſic facili modo extingui potuiſſet; aut rapide & quaquaverſus, atque ita non valuiſſet triennium integrum perſeverare, præſertim in inſula ventis omnibus pervia, atque in ligno reſinoſo. Illud ſane mirum eſt, quod in hujus tantum Inſulæ parte, ut ait Julius Solinus, *repullulant cæſæ Cupreſſi.* Partem vero Inſulæ, in qua repullulant Cupreſſi, indicat Theophraſtus Hiſtor. Plantarum lib. II. a Meurſio citatus, agrum ſcilicet Tharræ civitatis.

(7) Hecatompolis cognominatur Inſula Cretæ, eo quod centum civitates in ea olim viſerentur, quarum XL. ætate Plinii

nii adhuc ſupererant. De Creta, & ejus centum urbibus, ita ſcribit Julius Solinus Polyhiſtor. cap. XVI. " Pronius eſt Cre-
„ tam dicere, quam abſolvere, in quo mari jaceat; ita enim
„ circumfluis illius nomina Græci permiſcuerunt, ut dum alia
„ aliis inſerunt pene obliminarint univerſa. Inter ortum por-
„ rigitur, & occaſum tractu longiſſimo hinc Græcia, inde Cyre-
„ nis, objacentibus a Septemtrione Ægeis & Creticis æſtibus
„ verberatur, ab Auſtro Libycis undis perfunditur, & Ægy-
„ ptiis, conſtipata centum urbibus, ſicut perhibent, qui pro-
„ dige linguam largiti ſunt, ſed magnis, & ambitioſis oppi-
„ dis, quorum principatus eſt penes Gortynam ". Centum hujus Inſulæ urbes memorat Virgilius l. III. Æneidos.

Creta Jovis magni medio jacet Inſula Ponto,
Mons Idæus ibi, & gentis cunabula noſtræ.
Centum Urbes habitant magnas.

De urbibus Cretæ conſule Strabonem lib. x. & Stephanum Byzant. in lib. de Urb. & Meurſium.

Eæ quæ ſuperſunt civitates ſunt (ut ſuperius diximus) Rethimus, Sithia, Canea, & Candia, quamvis hæc ab Agarenis ſæculo Chriſtianæ Salutis IX. ædificata, inter centum illas antiquiſſimas adnumeranda non ſit. Cæterum remotiori ævo oppida etiam minora civitatis nomine inſigniebantur, ut de ipſius Cretæ urbibus ſcripſit Solinus cap. XVII. *Non ſtipata Creta centum urbibus, ut perhibent, qui prodige lingua largiti ſunt, ſed magnis & ambitioſis oppidis.* Illud autem notatu dignum eſt, quod ex tot urbibus tres ſolum ſuo tempore ſuperſtites ſcribat Bondelmontius, cum certum aliunde compertumque habeamus, & Candiam, & Caneam, & Sythiam & Rethimum civitates ſæculo XV. floruiſſe; quod cum ita ſit, evidens eſt Bondelmontium aſſeruiſſe tres civitates ſolum ex *centum famoſis* ſuperfuiſſe, Candacem ſeu Candiam ab eo rejiciens numero, utpote quæ a Saracenis extructa illas centum antiquioris ævi civitates & ordine & tempore ſubſequatur. Tres etiam in Cretenſi Inſula civitates recenſuit Aloyſius Lollinus Epiſcopus Bellunenſis, qui ex Urbe Candia progenitus initio

ſæcu-

ſæculi XVII. ingenio & pietate floruit, dum enim civitates ditioni Venetorum ſubjectas recenſet, tres ſolum in Creta fuiſſe aſſerit; at ejus tempore Sithia civitas, & ædium ambitu, & civium numero civitatis nomen nullo modo promerebatur.

Hæc ſunt mitrati Poetæ carmina:

Citeum Cretæ Inſulæ Urbs Princeps.

Quis Jove cive neget regna hæc condigna? Deorum
Exprimit Autumnus nectar ubi æthereum.
Urbium ubi centum amplarum ſedet inſtar opum vi
Urbs clara, & Veneta nobilitate potens.

Rhitymna.

Rhitymna æquòreo conſtructa in littore, portu
Quod careo, patrum, non mea culpa fuit.
Omnibus at quod abundo opibus terræque marisque,
Hoſpite, cive frequens, hoc mea cura facit.

De reliquis Cretæ Urbibus.

Heu rerum inverſam ſeriem, vix tertia dicta eſt
Urbs mihi de centum, quarta nec ulla ſubit,
Quam memorem perflatam curis cœleſtibus: ævo
Concelebrata olim cætera, victa jacent.

(8) Quinquaginta & quatuor civitates enumerat Bondelmontius, quarum adhuc, cum ipſe in ea Inſula peregrinaretur, exſtaſſe veſtigia teſtatur. Ex iis plurimæ vel ab antiquis, vel a recentioribus Geographis in tabulis apponuntur, nonnullæ ab Hiſtoricis enuntiantur, aliquæ tamen ab omnibus innominatæ prætermittuntur; fortaſſe quia eas exhibet Bondelmontius eo notatas nomine, quo ab indigenis per ea tempora nuncupabantur. Et quidem plerumque fit, ut jam non una, ſed duæ civitates videantur, ut Cnoſos olim Ceratus, Eleutherna antea Apollonia, Anapolis prius Arades vocabantur. Ex tot porro civitatibus cum noſtris hiſce temporibus quatuor ſolum ſuperſint, reliquæ vel bellorum vaſtationibus deſtructæ, vel terræmotibus concuſſæ, & proſtratæ fuerunt, quo Divinæ iræ flagello ſæve adeo ſub Valentiniani & Valen-

tis Conſulatu afflicta fuit Creta, ut *ſuarum* civitatum *plures centum* (hoc refert author vitæ S. Athanaſii) *miſere collapſas viderit*. Has autem civitates, quæ ſub Valentiniano ex terræ concuſſione corruerunt, oppidula fuiſſe puto, ſeu potius ruſticorum domorum pagi (Caſalia vocant): incredibile enim videtur, ut cum ætate Plinii XL. tantum urbes in Creta ſupereſſent, earum deinde numerus poſteriori ævo ſupra centenarium excreverit. Pari quoque fide in enuntiandis Cretæ civitatibus dignus erit Servius, qui ad lib. III. Æneidum aſſerit, ex tanto civitatum numero duas dumtaxat fluxu temporis evaſiſſe ſuperſtites. Hæc ſunt ipſius verba a Meurſio citata. *Primo quidem Creta centum habuit civitates, unde Hecatompolis dicta eſt, poſt viginti quatuor, inde, ut dicitur, duas, Cnoſon, & Hierapytnam.* Antiquiſſimam decem urbium Cretæ everſionem refert Didymus, cujus verba mutila & corrupta reſtituit Meurſius hoc modo: *Quidam ajunt Idomeneum, poſtquam ab Ilio reverſus eſſet, expulſum Creta a Leuco, quem, filium adoptivum exiſtentem, regni cuſtodem reliquerat, decem urbes evertiſſe.* Quas autem civitates ab Idomeneo everſas fuiſſe, ſcribit Didymus, eas a Leuco vaſtatas fuiſſe tradit Euſtathius ad Iliad. & iterum ad Odyſs. *Creta, quæ centum urbes habere hic* (ſcilicet in Homeri Iliade) *dicitur, in Odyſſea nonaginta memoratur. Ac ſunt qui tradunt, vere Cretam urbes centum habuiſſe, ut hic traditur, verum Leucus, cujus meminit & Lycophron, cum defeciſſet, & arma Idomeneo intuliſſet, decem ex illis vaſtavit.* Diſſenſum hunc authorum, quorum alii Leucum, alii vero Idomeneum decem urbium everſorem fuiſſe volunt, haud facile componi poſſe, ſcribit Meurſius, quod & in pluribus hujusmodi authorum diſſidiis accidere doleo. Quod autem ad urbium numerum ſpectat, cum author vitæ S. Athanaſii aſſerat, Valentiniani & Valentis tempore ſupra centum civitates Cretenſes ſolo proſtratas fuiſſe, fatendum profecto eſt Cretenſium urbes numerum hunc exceſſiſſe. Harum nomina cum ex variis ſcriptoribus collegiſſet Meurſius alphabetico ordine digeſſit,

geſſit, & in ſuo de Creta tractatu vulgavit, quæ quidem vigeſimum numerum æquant ſupra centenarium. Addere iis deinde oportet eas quas a Meurſio prætermiſſas afferunt tum Bondelmontius in ſua Cretenſis Regni deſcriptione, tum Dominicus Marius Niger in Tractatu de Creta, quo Commentar. Geographicum, quod eſt Europæ XI. concludit. Non injucundum itaque lectori futurum puto, ſi poſt abſolutas eas, quas Bondelmontii tractatui appoſuimus, notas, elenchum alphabeticum Cretenſium civitatum exhibeamus, primum illas recenſendo quas in ſuo de Creta Tractatu enumeravit ex antiquis Scriptoribus collectas Joannes Meurſius; tum eas quas Dominicus Niger in ſuo ſuperius citato Commentario Geographico nominat; exinde illas, quas Bondelmontius ſub nova appellatione produxit; denique eas poſtremo loco addendo, quas ad centenarium numerum attingentes produxit in ſuo de Rebus Cretenſibus Chronico Andreas Cornelius Venetus, in Cretenſi Colonia Patritius.

(9) Hierapolis urbs Cretæ memoratur a Plinio & a Stephano, & quidem diverſa eſt a Hierapytna, ſic enim eas enuntiat Plinius loco citato: *Ampelos*, *Hierapytna*, *Lebena*, *Hierapolis*. Urbem fuiſſe Epiſcopalem *ſub Chriſtianis* ſcribit Meurſius; at hoc de Hierapytna verius dicendum eſſe oſtendunt notitiæ Græcorum, quas inferius, ubi de Epiſcopis agemus, exhibebimus. Hierapolim autem ponit hic Bondelmontius pro Hierapytna ſeu Hierapetra.

(10) Ceratus urbs ſic appellata a Cerato flumine præterlabente, Cnoſſus deinde vocata fuit; ſic enim de ea ſcribit Strabo lib. X. *Cnoſſus olim Ceratus* vocata fuit, quo nomine fluvius præterlabens. Diverſam tamen a Cnoſſo refert Bondelmontius, qui *Ceratum* ad Auſtralem Inſulæ plagam ponit, Gnoſſiam vero mediterraneam facit, earumque veſtigia adhuc videri teſtatur.

(11) Inatoſpolis. Eandem urbem eſſe puto ac Inatum ſeu Einatum, de quo Stephanus Byzant. Einatus urbs Cretæ, ut Xenion author eſt. Promontorium eſſe Itanum ſcribit Pli-

nius; alii vero montem esse volunt ac fluvium, ut testatur citatus Stephanus. Bondelmontio concordat Ptolemæus, qui Inatum ponit ad Australem oram Cretæ; fortasse urbs illa est, quam Neoterici Antropolim vocant. Ilithosolim & Itanospolim duas diversas civitates affert Domin. Niger in Comm. Geogr. haud longo intervallo inter se distinctas. En illius verba: *Alius dein fluvius Ilitheus per campos circa suos fontes labens, inde collibus receptus, mare infunditur, juxta cujus ostium ad Auroram Ilithospolis urbs fuit, quam vetustas absulit, eam quidam Amyssum vocant, in qua Diomedes regnavit, habuitque portum difficilem, in quo Ilithiæ antrum ..... Postea Erysbeum est promontorium, cui aliquot objacent scopuli, & Insula Litta olim, nunc recentiores Christianam dicunt. Postque illud Promontorium aliud Ampelas nomine in mare prosilit. Mox Itanospolis civitas in petra undique præruta sita fuit, cujus ne vestigium quidem apparet.*

(12) Pergamea seu (ut scribit Plinius) Pergamum urbs, quam Virgilius Poeta lib. III. Æneadum canit ab Ænea Cretam appulso conditam fuisse, Agamemnonem, teste Vellejo Paterculo Hist. lib. I. agnoscit fundatorem, qui & duas alias in Creta erexit Civitates Mycenas & Tegeam. Hæc sunt Historici verba: *Agamemnon tempestate in Cretam Insulam rejectus tres ibi urbes statuit; duas a patriæ nomine, unam a victoriæ memoria; Mycenas, Tegeum, Pergamum.* Illustris fuit hæc urbs sepulcro Lycurgi legislatoris, quem ibidem secus viam publicam tumulum habuisse, refert Plutarchus in ejus vita.

(13) Lampa seu Lappa inter urbes Cretæ mediterraneas a Ptolemæo recensita, olim apud Græcos Episcopali honore fulgens, de qua suo loco.

(14) Matalia, urbs erat ad Australem Cretæ oram, teste Ptolemæo, collocata. Eam Gortynæ navale fuisse perhibet Strabo lib. X. Urbem hanc eandem esse ac urbem Matium a Plinio memoratum autumat Meursius in suo de Creta Tractatu: *Matalia ..... Plinio Matium nuncupatur.* Dissentit lib.

lib. XI. Comment. Geogr. Dominicus Marius Niger Mataliam Gortynæ emporium diverſam ſtatuens ab oppido, quod vocabatur Dion, alio nomine Matium; ſic enim ſcribit: *Poſtea in litore Matalia Gortynæ olim emporium, quod alii Matallum vocant, portum habens ſexdecim millia paſſuum a Gortyna abſens, hinc in mare Leon Promontorium vadit ita ab indigenis denominatum, quoniam Leonis formam retineat. Fabulæ autem narrant eſſe unum ex Leonibus, qui quondam Rheæ matris jugo ſubditi fuerunt*: & deinde poſt aliquas urbes enuntiatas. *Protendunt inde recta in Aquilonem montes ſaxoſum relinquentes litus, in quo oppidum fuit Dion alio nomine Matium, cui objacet Inſula, quæ Dia tunc dicebatur, Staudia modo.* Mataliam collocat Bondelmontius inter Auſtrales Cretæ civitates, Dion vero inter Septentrionales.

(15) Priotiſſam oppidum in Venetis documentis ſæpe memoratum enuntiat Bondelmontius, deinde recenſitis Succeta & Nichiton locis, affert Spichium ſeu Pſychium vetuſtiſſimam Cretæ urbem a Ptolemæo in Auſtrali Inſulæ ora collocatam. Porro Pſychium, & Priotiſſam unum eſſe, ſcribit Dominic. Niger Comm. lib. XI. *In cujus medio* (Meſſereæ agri) *ad mare Pſychi oppidum olim, nunc Priotiſa dicitur; cujus ad Orientalem partem Electra amnis, quem Potereum Vitruvius vocat, in mare exit, qui mediam planitiem* (Meſſereæ) *ſecat.* Priotiſſa a Neotericis collocata ad Meridionalem Cretæ plagam, in conceſſione Inſulæ facta Venetæ Coloniæ viris, obtigit iis, qui ex regione ſeu Sexterio Sanctæ Crucis profecti fuerant.

(16) Succeta, quam Bondelmontius deinde ſcribit Calenum a Calojeris dictam fuiſſe, a Neotericis ſtatuitur in litore Cretæ Meridionali.

(17) Nichiton veriſimiliter oppidum eſt, Sanctus Nicheta ſeu *San Nichita* nuncupatum. Caſtrum Sancti Niquetæ extructum fuiſſe, ubi olim aſſurgebat Phœnix antiqua civitas acceſſu Sancti Pauli illuſtris, ſcribit Dominicus Niger; at Bondelmontius, licet utrumque locum in Auſtrali regione ſtatuat,

tuat, Nichiton tamen a Penice, & Phenice diversum enuntiat, qui ea quæ præsens inspexit, scriptis commendavit.

(18) De Spichio seu Psychio, vide superius num. 15.

(19) Politenia civitas deinde Anopolis dicta fuit, ut paulo inferius scribit Bondelmontius, ideoque diversa dici debet a Polyrena, seu Polyrhenia, quæ a Plinio & Ptolemæo inter mediterraneas Insulæ urbes enuntiatur, Politenia vero, (si Bondelmontio, qui præsens vidit, fides est adhibenda) ad Australem Insulæ plagam collocata erat. Porro Anapolim urbem etiam Arademappellatam fuisse, asserit Stephanus Byzant. in libro de Urbibus. *Arademurbs Cretæ, quæ etiam Anapolis dicitur.* Polyreniam civitatem, quam Polyren etiam & Polyrenium nuncupatam legimus, memorant citati Plinius, & Ptolemæus, atque Strabo, & Scylax in Periplo. Hesychius quoque & Polybius, & ex recentioribus Raphael Volaterranus, & Joannes Meursius, quorum ille, scilicet Volaterranus, Georg. lib. IX. scribit Polyrenum locum fœcundum esse, & pecuariæ idoneum.

Emortualem Epaphri civis Polyrenii Epigraphen refert Muratorius in Thesauro veterum inscriptionum pag. MLXXII. quam ex ipso cum appositaversione afferimus.

ROMA

Misit N. V. Joseph Bimardus Montis Seleuci Baro

Hanc ita restituit Bimardus.

Ο Κ	Θ Κ
ΕΠΑΦΡΤC ΚΡ	ΕΠΑΦΡΤC ΚΡ.....
ΗCΠΟΛ ΡΗΝΙ	ΗC ΠΟΛΤΡΗΝΙ
Ο CΟΚΛΙΚΙCΑ	ΟC Ο ΚΑΙ ΚΙCΑ
ΜΙCΕΝ ΘΑΔΕΚ	ΜΙΟC ΕΝΘΑΔΕ ΚΕ
ΙΜΑΙΕ ΤΩΝ ΚΔ	ΙΜΑΙ ΕΤΩΝ ΚΔ
ΜΗΝ ΩΝ Ζ	ΜΗΝΩΝ Ζ
ΑΝΤ ΖΟΛΙΟC	ΑΝΤ ΖΩΙΑΟC
ΠΑΤΗΡΕΠΟΙ	ΠΑΤΗΡ ΤΩΙ
ΕΙΩΙΝΗΜΗC	ΤΙΩ ΜΝΗΜΗΟ
ΧΑΙΡΙΝΕ ΠΟΙΕΙ	ΧΑΡΙΝ ΕΠΟΙΕΙ

IDEST:

IDEST:
Dis Manibus
Epaphrus Cretenſis Polyrenius Et Ciſamius Heic Iaceo Annorum XXIV.
& Menſium VII.
Antonius Zoilus
Pater
Filio Memoriæ
Cauſſa Faciebat.

„Ab Eminentiſs. Card. Dominico Paſſioneo de hac ipſa Col„lectione mea benemerito, Inſcriptione miſtam accepit Cla„riſs. Bimardus, ac vitia deterſit. Fuit Epaphrus, ſeu Epa„phras iſte duarum ſimul Civitatum Civis pro more Græcorum. „Ambæ in Inſula Creta memorantur ab antiquis. Altera vide„licet Polyren, ſive Polyrennia, aut Polyrenium clara eſt „apud Strabonem, Plinium, Ptolomæum, Scylacem & alios. „In Nummis quoque occurrunt ΠΟΛΥΡΗΝΙΟΙ, ideſt Polyreni, „unico P. Altera fuit Ciſamus, cujus mentio eſt apud eundem „Strabonem, in Notitiis Eccleſiaſticis, & alibi.

(20) Penix & Phœnix, ut duæ inter ſe diverſæ urbes ſtatuuntur a Bondelmontio. Ptolomæo autem Phœnicus portus eſt, & Phœnix urbs ad Auſtralem Inſulæ oram poſita. Et Penicem & Phœnicem urbes proprium unamquamque portum habuiſſe tradit inferius Bondelmontius; Penicis enim portum hodie *Lutrum* vocari, Phœnicis vero *Sanctum Romelum* appellari teſtatur. Phœnices urbs, ejusque portus memorantur (ut mox dicemus) a S. Luca in Actis Apoſtolicis cap. XXVII. Phœnicem modo Caſtrum S. Niquetæ vocari ſcribit Dominicus Niger. *Sequitur Hermea Promontorium, a quo ſcopuloſa ripa usque Phœnicem portum excurrit, ad quem Phœnix civitas poſita erat, ubi nunc caſtrum S. Niquetæ ſitum eſt.* De Phœnice urbe iterum agemus, inter Græcos Epiſcopatus.

(21)

(21) Inacorion ſeu Inachorium, ut ſcribit Ptolomæus, ad auſtrale Inſulæ litus erat, non longe, ut refert Dominic. Niger, a promontorio Criumetopon nuncupato. *Mox Ramnis portus. Inde Inachorium oppidum delectum penitus, & ultimo loco promontorium, quod Græci Criumetopon, ideſt Arietis frons, nunc S. Jani, cui ſcopuli tres Acuſagores nomine objacent.*

(22) Quatuor civitates ejusdem ferme nominis in Creta Inſula olim poſitas enuntiat ex variis ſcriptoribus, in ſuo de Creta Tractatu, Joannes Meurſius; quarum prima Laſæa, eamque inter urbs maritimas memoratam eſſe aſſerit a S. Luca in Actis Apoſtol. cap. XXVII. ſic legens ex Græco: *Subdelegimus Cretam ſecundum Salmonem, & vix præterlegentes illam venimus in locum quemdam, quem appellant Pulcros portus, eratque in propinquo urbs Laſæa.* Diverſimode vertit vulgata, quæ pro Laſæa civitatem Thalaſſam ponit: *Adnavigavimus Cretæ juxta Salmonem, & vix juxta navigantes venimus in locum quemdam, qui vocatur Boni portus, cui juxta erat civitas Thalaſſa.* Laſæam legi in verſione Syra notat ad hunc locum Cornelius a Lapide, & Beda de Nom. loc. in Actis Apoſtol. citatus a Meurſio: *Laſæa*, ait, *civitas littoraria Cretæ Inſulæ, juxta locum, qui vocatur Boni Portus.* Thalaſſam civitatem cum alia omnino diverſa urbe *Camara* nuncupata confundit Dominicus Niger in Commentario XI. ſic ſcribens: *Poſt autem illud Minos portus eſt, qui & Bonus Portus dicebatur, juxta quem Camara civitas, ſive, ut alii, Thalaſſa fuit colli in mare deſcendenti adjecta.* Secunda eſt Laſas, quam inter oppida mediterranea recenſet Plinius Lib. IV. cap. XII. Tertia Liſſus eſt inter oppida oræ auſtralis poſita a Ptolomæo, eademque fortaſſe cum Laſæa urbe a S. Luca, in citatis Apoſtol. Actis memorata. Hujus civitatis mentionem egit Dominicus Niger in Commentariis Geograph. lib. X. *In auſtrali maris ora poſt Criumetopon Promontorium Liſſus oppidum interiit, ſupra ſui nominis portum erat, qui portus Phioniſſi nunc ab incolis dicitur.* Quarta denique eſt Lyctus civi-

civitas apud Ethinæos magni nominis, quod illuc Rhea, ut ſcribit Heſiodus in Theog. Jovem paritura miſſa fuerit; Lyttum eam vocat Homerus a Strabone citatus: *A Lyćto vero quem Poeta* (Homerus ſcilicet) *Lyttum dixit.* Civitatem hanc coloniam Lacedæmoniorum, & inter urbes Cretæ antiquiſſimam fuiſſe teſtatur Polybius lib. IV. Bellum aliquando geſſit adverſus Cnoſſios, a quibus etiam deleta fuit, ut aſſerunt Polybius loco citato, & Diodorus Siculus lib. XVI. Ex his quatuor locis duo tantummodo enuntiat Bondelmontius, Liſſum nempe ad Auſtralem Inſulæ plagam, & Laſos inter mediterraneas Cretæ civitates enumeratam. Græcam inſcriptionem ex marmore inter antiqua Lytti ſeu Lyćti rudera jacente depromptam affert Janus Gruterus in collectione veterum inſcriptionum pag. MXCIV. num. 5. cujus authoritate confirmatur, id quod ex Homero protulimus, civitatem nempe hanc Lyttum appellari conſueviſſe. Hæc itaque Gruterus.

Vertit Fabius Pacius Doctor Medicinæ.

ΛΥΤΤΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙC.
Τ. Φ. ΛΕΟΝΤΙΤ. ΤΙΟΝ
ΚΤΡΕΙΝΑ. ΑΚΕCΤΙΜΟΝ
ΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΝ. Β. ΑΤΟ
ΡΑΝΟΜΟΝ. Β. ΕΤCΤΑΡΧΙΝ
ΙΕΡΟΥ. ΑΓΩΝΟC ΠΕΝΤΑ
ΕΤΗΡΙΚΟΝ. ΤΟΥ. ΚΟΙΝΟΥ
ΤΩΝ. ΚΡΗΤΩΝ. ΑΡΕΤΗC
ΕΝΕΚΑ. ΚΑΙ. ΤΗC. ΤΗΝ
ΠΟΛΙΝ. ΑΔΙΑΛΕΙΠΤΟΥ. ΜΕ
ΓΑΛΟΨΥΧΙΑC. ΗΡΩΑ. ΚΑΙ
ΚΟCΜΟΠΟΛΙΝ.
Τ. Φ. ΧΑΡΜΑΤΙΩΝ. ΤΟΝ
ΕΑΥΤΟΥ. ΠΑΤΡΩΝΑ

Lyttiorum civitas T. Fluvium Leontii F. tribu Cyrena Aceſtimum. Protocosmum iterum, Ædilem iterum præſidem ſacri certaminis quinquennalis communi Cretenſium virtutis ergo, & perpetuæ in civitatem magnanimitatis Heroa, & Cosmopolitani T. Flavium Charmatiorum ſuum patronum.

Alias quoque inſcriptiones ſeu verius inſcriptionum fragmenta ex iisdem Lytti ruinis exhibet laudatus Gruterus, quæ ſunt:

Pag. MLXXXIV. Incript. 8.

In ruinis Lytti.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. ΚΑΙ
ΣΑΡΑ. ΤΡΑΙΑΝΟΥ. ΠΑΡΘΙΚΟ
Υ. ΘΕΟΥ. ΝΕΡΒΑΙ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ. ΑΔΡΙΑ
ΝΟΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΝ. ΑΡΧΙΕ
ΡΕΑ. ΜΕΓΙΣΤΟΝ. ΔΗΜΑΡ
ΧΙΚΗΣ. ΕΞΟΥΣΙΑΣ. ΤΟ. ς
ΤΠΑΤΟΝ. ΤΟ. Γ. ΛΙΤΤΙ
ΩΝ. Η. ΠΟΛΙΣ. ΔΙΑ. ΠΡΩ
ΤΟΚΟΣΜΟΥ. ΔΙΟΤΕΛΟΥΣ. ΥΙΟΥ

Grutero Pigafetta.

Inſcriptionem hanc non integram, ſed mutilatam potius retuliſſe Gruterum agnoſcimus ex codice ms. Vaticano ſignato num. 1759, qui & ipſam epigraphen afferit non in ruinis Lytti, ſed in Caſtello Pediade repertam fuiſſe. Ita igitur habet apographus Vaticanus.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΔΕΟΥ + ΤΡΑΙΑΝΟΥ
ΠΑΡΘΙΚΟΥ + ΥΙΕΟΥ + ΝΕΡΥΑΙϞ NON +
ΤΡΑΙΑΝΟΝ, ΑΔΡΙΑΝΟΝ, ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΑΡΧΙΕΡΗ
ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΔΗΜΟΝΑΡΧΙΚΗΣ, ΕΞΟΥΣΙΑΣ, ΤΟΝ ϜΤΤΙΑ
ΤΟΝ ΤΟΝ ΑΥΤΤΙ ϞΝΙΠΟΛΙΣ. ΔΙΑΠΡΩ ΤϘΚϘCΜΟΥ
ΤΟΥ ΚΟΥΡΝΙΟΥ ΔΙΟΤΕΛΟΙΣ, ΤΑΟΥ. Π. Β. ΚΛΑΥΔΙ
ΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΤΑϹ
ΟΔΟΥϹ ΚΑΙ ΤΟΥϹ ΑΝΔΡΟΒΑΜΟΝΑ ΣΑΠΟΚΑΤΕ ΤΗϹΕΝ
ΔΙΚ ΠΑΚΩΝΟΥ ΑΓΡΙΠΠΙΝΟΥ ΤΟ Β. ΚΑΙ ΟΡΟ
ΘΕ ϑ. I

Et

Et deinde Gruterus pag. citata Inſcript. 9.

In ruinis Lyttı civitatis Cretæ.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙCΑΡΙ
ΘΕΟΥ. ΝΕΡΒΑ. ΥΙΩΝ ΝΕΡΟΥΑ
ΤΡΑΙΑΝΩ. CΕΒΑCΤΩ. ΑΡΙCΤΩ
ΑΡΜΕΝΙΚΩ. ΔΑΚΙΚΩ. ΑΡΧΙ
ΕΡΕΙ. ΜΕΓΙCΤΩ. ΔΗΜΑΡΧΙ
ΚΗC. ΕΞΟΥCΙΑC. ΤΟ. ΙΔ
ΥΠΑΤΩ. ΤΟ. Γ ΠΑΤΡΙ. ΠΑΤΡΙΔΟC
ΤΩ. ΤΗC. ΟΙΚΟΥΜΕΝΗC. ΚΤΙ
CΤΗ. ΛΙΤΤΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙC. ΔΙΑ
ΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΥ. ΒΑΝΑ. Ξ. Ι
ΒΟΥΔΟΥ. ΚΘΜΑCΤΑ. ΤΟ. Β.

Grutero Pigaſetta

Deinde n. 10. *In ruinis Lyttı.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙCΑΡΙ
ΘΕΟΥ. ΝΕΡΒΑ. ΥΙΩΝ. ΝΕΡΟΥ.
Α. ΤΡΑΙΑΝΩ. CΕΒΑCΤΩ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΩ. ΔΑΚΙΚΩ
ΑΡΧΙΕΡΕΙ. ΜΕΓΙCΤΩ. ΔΗ
ΜΑΡΧΙΚΗC. ΕΞΟΥCΙΑC
ΤΟ. ΙΓ. ΥΠΑΤΩ. ΤΗC. ΟΙ.
ΚΟΥΜΕΝΗC. ΚΤΙCΤΗ
ΛΥΤΤΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙΣ.
ΔΙΑ. ΠΡΩΤΟΚΟΣΜΟΥ. Μ
ΠΟΜΠΗΙΟΥ. ΚΛΕΥΜΕΝΙ
ΔΑ

Grutero Pigaſetta

Poſtremo n. 11. IBIDEM.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙCΑΡΙ
ΘΕΟΥ. ΝΕΡΒΑ. ΤΙΩ. ΝΕΡΟΥ
Α. ΤΡΑΙΑΝΩ. CΕΒΑCΤΩ
ΑΡΧΙΕΡΕΙ. ΜΕΓΙCΤΩ. ΔΗ
ΜΑΡΧΙΚΗ. CΕΞΟΥCΙΑC

ΤΟ ΙΖ. ΥΠΑΤΩ. ΤΟ. Γ. ΠΑΤΡΙ
ΠΑΤΡΙΔΟC. ΤΩ. ΤΗC. ΟΙ
ΚΟΥΜΕΝΗC. ΚΤΙCΤΗ
ΛΙΤΤΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙC
ΔΙΑ. ΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΥ. Μ
ΠΟΜΠΗΙΟΥ. ΚΑΕΙΜΕΝΙ
ΔΑ

„ Hæc omnia Grutero ex Honorii Belli autographis Pigafetta.

Poſtremam hanc epigraphen fig. num. 11. profert etiam Codex antiquiſſimus membranaceus Vaticanæ Bibliothecæ ſign. num. 5237. in quo hæc leguntur:

„ Apud Cretam Inſularum inſignem plerisque ſuis in an„ tiquis & jam collapſis urbibus epigrammata nuper ex Ky„ riaco Piceni Colleo Anconitano comperta.

Apud Lytton antiquam & mediterraneam urbem magna ex parte deletam prope Villam, quam Piſiadam dicunt.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣ. ΘΕΟΥ. ΝΕΡΟΥΑ. ΤΙΩ
ΝΕΡΟΥΑ. ΤΡΑΤΙΑΩ ΣΕΒΑΣΤΩ ΓΕΡΜΑΝΙΚΩ
ΔΑΚΙΚΩ ΑΡΧΙΕΡΕΙ ΜΕΓΙΣΤΩ. ΔΗΜΑΡΧΙ
ΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΤΟ ΙΖ ΥΠΑΤΩ ΤΟ Γ
ΠΑΤΡΙ ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΤΩ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ
ΚΤΗΣΤΗ ΛΥΤΤΙΩΝ Η ΠΟΛΙΣ ΔΙΑ ΠΡΩΤΟ
ΚΟΣΜΟΥ Μ. ΠΟΜΠΗΙΟΥ ΚΑΕΥΜΕΝΙΔΑ

Inſcri-

Inſcriptiones ſeu Epigrammata Græca a Cyriaco Anconitano, dum per Illyricum iter haberet, collecta, Romæ prælo ſubjici juſſit Card. Barberinus; in eo autem libro, quem XI. tantummodo folia efformant, nulla legitur ad Cretam ſpectans inſcriptio. Codex autem Vaticanus, quem diximus ſignatum numero 5237. eas ſolas inſcriptiones continet, quæ ad Cretam attinent, easque proinde ad varios hujuſce noſtri laboris locos, prout rei congruentia exiget, afferemus. Cyriacum hunc ex Pizzicolia familia progenitum fuiſſe, ſcripſit Clariſs. Vir Apoſtolus Zeno in ms. Indice ſuæ Bibliothecæ nunc temporis apud Fr. Prædicatores de Obſervantia Venetiis aſſervatæ, in quo Indice Collectionem Inſcriptionum a Cyriaco perfectam enuntiat hoc modo: *Pizzicolius Cyriacus Anconitanus. Epigrammata reperta per Illyricum apud Liburnium. Romæ ex Typographia Barberina ſine titulo prodiit, & ſine anno liber rariſſimus in folio.* Nunc autem temporis venalis proſtat cum hoc addito titulo:

Ex ſuperius itaque allata eruditiſſimi Zeni nota corrigendus videretur Codex Vaticanus, proque iis verbis, *Ex Kyriaco Piceni Colleo Anconitano*, reponenda eſſent alia videlicet, *ex Cyriaco Pizzicollio* Anconitano; verum cum Anconæ urbs intra Picenæ Provinciæ terminos exſurgat, haud incongrue autumari poterit ex barbara illa voce *Piceni Colleo*, denotari virum Piceni, ideſt Picenæ Provinciæ incolam. Codex autem Vaticanus, prout ex relatu didici, membranaceus eſt litteris oculum fugientibus, ut vix alicubi legi poſſit. Præter hanc Inſcriptionum collectionem, cui itineris ſui ſeriem immiſcuit, aliam edidit Cyriacus peregrinationum ſuarum deſcriptionem Eugenio Papæ IV. inſcriptam, quam noviſſime Florentinis typis vulgavit, atque erudita præfatione illuſtravit Clar. Vir Laurentius Mehus de Cyriaco ipſo deque ejus operibus fuſe diſſerens.

Quoniam vero Cyriaci Anconitani haud inopportuna hic ſeſe offert mentio, libet aliud ipſius fragmentum ex alio Vaticanæ Bibliothecæ codice, cui appoſitus viſitur num. 5252.

in

in lucem vulgare, utpote quod ad Cretam Inſulam, cujus laudes effert Cyriacus, præcipue ſpectare videtur.

MCCCCXLV. CANDIDA

Ἀγαθῇ Τύχῃ.

Quæ Cheronemiæ Cretea per æquorà Nymphæ nobis ad Samonium orientale Inſulæ promontorium navigantibus, poſtquam græce cecinerant latine atque noſtro Italo idiomate ſubdidere.

Koiriacus Anconitanus Picenicoleus.
O decus Anconitum qui puppin flectis amice
Auribus ut noſtros poſſis adgnoſcere cantus
Nam nemo hoc unquam transvetus cerula curſu
Quin prius aſtiterit vocum dulcedine captus.
Poſtquam variis avido ſaciatus pectore muſis
Doctior ad patrias lapſus perveneris oras
Nunc grave certamen belli clademque canemus
Pannona quam Teucris divino numine vexit
Omnibusque elatis regnum veſtigia terris.

INCLITAM DEINDE.

Creteam in laudem, Ideumque Jovi ædem in montem

VERSAE

Altius attollentes a gurgite
Capita lepidiſſime talia } Sirenæ
Ambroſeo ab ore ſubdidere.

KYRIACUS ANCO.

Inclito hoſpitio del gran lion Sancto
Creta grande Saturno Aureo Regno
Cuna al gran Jove & habitar ſi degno
Che cento alme cità te fè gia manto.
Inſula in mezo el mare honore e vanto
De Europa ed arte Dedala & ingegno
D'alta tua Nobiltà moſtrando el ſegno
Teucro Minòs Eacho e Radamantho.
Tua d'archo e de ſagitte diſciplina
La tua Dictea Diana al tuo corbello
Monſtrò in Cydona in Gnoſcia & in Gortina,
Vincendo Greci Hircani & Parti in bello
Sed tua que Gaza que regna uberina
Moſtrò in Roma el bon Quinto Metello
E nel celico hoſtello
Tua gloria ſpande el tuo bon Jove eterno
Neptuno in mare e Pluton per l'Inferno.

MAGNIFICO ET GENEROSO VIRO
BERTUTIO DELPHINO VENETUM
ALEXANDREAE FOELICISSIME CLASSIS
PRAEFECTO
KYRIACVS ANCONITANUS
EX CANDIDA PRAECLARA VENETVM COLONIA
DEDIT.

Eo quo & portu bonis auſpiciis
Solverat pridie Kalendas Novembrium ſereno
Fauſto Kyriaceoque feliciſſimo Die.

Carmen vulgo Sonetto ſuperius allato prorſus ſimile protulit Cyriacus ipſe in collectione Illyricarum inſcriptionum illud-

illudque ſe ceciniſſe aſſerit e conſpectu inclytæ olim Lacedæmonum civitatis, quam bellorum & temporum injuriis attritam doluit, & ad ruinas devectam. Carminis autem hæc ſunt prima verba:

Alma Città Laconica Spartana &c.

Pag. MLXXXV. inſcript. 2.

In ruinis Lyti in Creta.

ΠΑΩΩΙΝΙ. ΣΕ
ΒΑΣΤΗΝ. ΑΤΤΟ
ΚΡΑΤΟΡΟΣ. ΝΕΡ
ΟΤΑ. ΤΡΑΙΑΝΟΤ. ΚΑΙ
CΑΡΟC. CΕΒΑCΤΟΤ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΤ. ΔΑΚΙ
ΚΟΤ. ΤΤΝΑΙΚΑ. ΛΙΤ
ΤΙΟΝ. Η. ΠΟΛΙC. ΔΙΑ
ΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΤ. Μ
ΠΟΜΠΗΙΟΤ. ΚΛΕΤ
ΜΕΝΙΔΑ

Et inſcript. 4.

Ibidem in baſi lapidis porphyretici.

ΜΑΤΙΔΙΑΝ. CΕΒΑCΤΗΝ
ΛΙΤΤΙΟΝ. ΠΟΛΙC
ΔΙΑ. ΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΤ
ΒΑΝΑ. Ζ. ΙΒΟΤ ΛΟΤ. ΚΩ
ΜΑΓΤΑ. ΤΟ. Β.

Et inſcript. 5.

Ibidem in altero lapide porphyretico.

ΜΑΤΤΙΔΙΑΗ. CΕΒΑCΤΗΝ
ΛΙΤΤΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙC. ΔΙΑ
ΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΤ. Τ. ΦΛΑ
ΟΤΙΟΤ. ΚΩΜΑCΤΑ. ΤΟ. Β.

Pigaſetta ex Honorii Belli Schedis Grutero.

Hæc

Hæc autem ſunt inſcriptionum fragmenta, quæ Gruterus attulit pag. MCIV.

In ruinis Lycti vel Litti, in Creta fragm.

22. ΑΡΕΤΟΣ
ΑΡΧ ΩΝΔΑ

23. ΔΑΜΟ
ΤΙΜΑΓΟΡΑ

24. ΚΤΡΝΙΟΣ
ΚΩΜΑΣΤΑ
ΤΟ

(23) Pœcilaſium urbs in ora auſtrali Cretæ, quam Bondelmontius aſſerit vocatam fuiſſe Phelinum, ſeu verius Selinum, ut ſcribit Niger in Comment. Poſtea fuit oppidum Tarba, & aliud Pœcilaſium olim, juniores modo Selinum dicunt in ſinu maris poſitum. E regione cujus, licet in mari procul, Thera Inſula, in qua eodem nomine civitas fuit hodie Gozi dicta.

(24) Tarba ſeu Tarrha urbs Cretæ, in qua Apollo dictus proinde Tarrhæus colebatur. Ex ea urbe, quæ Lucilli Tarrhæi proverbiorum ſcriptoris patria fuit, Colonia Cretenſium virorum transmigravit ad Caucaſum montem, ut ſcribit Stephanus Byzant. Tarbam oppidum ante Pœcilaſium ponit Dominicus Niger.

(25) Corites a Bondelmontio enuntiatus idem fortaſſe eſt ac Corycus urbs & Promontorium Cretæ, apud Ptolomæum. Corycum inter montes recenſet Plinius, & Coricem promontorium eſſe ſuperius aſſeruit Bondelmontius, ſcribens, initium ab ipſo habere Septentrionalem Inſulæ regionem. Apud Corycem promontorium extitiſſe olim urbem ejusdem nominis, tradit etiam Niger in Comment. *Ubi primo Corycis promontorium eſt, & civitas* ejusdem nominis fuit, cujus nunc Promontorii nomen Cambruſa.

(26) Chiſamoſpolis idem ac Ciſamus urbs Cretæ, cujus Epiſcopatum memorat Bondelmontius.

(27) Dictamnum, ſeu, ut ſcribit Pomponius Mela, Dictyna nomen a proximo monte Dicteo habuit; in eo enim

monte (ut referunt fabulæ incolarum, & nos ſupra diximus) cum ortum habuiſſet Jupiter, natu deinde major apud ipſum urbem Dictynam condidit, cujus jam ad ſolum everſas reliquias adhuc ſuo tempore ſuperſuiſſe teſtatus eſt Diodorus Siculus Hiſtor. lib. V. Urbem hanc non ab Jove, ſed ab Ænea & Anchiſe conditam fuiſſe, aſſerit deinde Bondelmontius, contra quem ſtat Virgilii teſtimonium lib. III. Æneidos aſſerentis Pergamum ſeu Pergameani urbem Æneam fundatorem agnoſcere.

(28) Chidonia irrepſit fortaſſe pro Cydonia nunc *la Canea* appellata, de qua inter Epiſcopales urbes agendum erit.

(29) Minoa, quam Plinius Minoum vocat, a Minoe celeberrimo Cretenſium Rege nomen ſortita inter Cydoniam & Apteram olim exſurgebat; modo vocatur ab incolis Paleocaſtrum, ideſt vetus Caſtellum, ut ſcribit Domin. Niger Comment. IX. *Statim flectitur litus ſinum efficiens Amphimalum quondam, nunc Sudam planitie undique ſtratum. Ubi paulo a mari in collibus, qui campum ad Occaſum terminant, urbs Minoa fuit, quod antiqui operis fragmenta late intuentibus indicant, dicituruque nunc locus Paleocaſtrum, ideſt vetus caſtellum. Strabo emporium Amniſus prius dictum, quod Minos uſurpaſſe. Ex cujus urbis excidio renatum eſt ad Orientem oppidum in eodem litore poſitum, quod Inſulani modo Picornam dicunt.* Porro hoc oppidum *Picorna* dictum fortaſſe idem eſt, ac *Vicornum* oppidum, quod Bondelmontius poſt Minoam recenſet. Scribit Diodorus Siculus lib. IV. Cretenſes, qui cum Minoe Rege in Siciliam appulerant, quum eo interfecto omnem ſibi ſpem in patriam redeundi ademptam eſſe cognoviſſent, urbem Minoam a defuncti Regis nomine in Sicilia condidiſſe: *Cretenſes* (ita Diod. loco citato) *qui in Sicilia erant, poſt mortem Minois, quia ſine Principe eſſent ſeditionem concitarunt. Sed cum naves a Sicanis Cocali ſubditis incenſæ eſſent, deſperato in patriam reditu, in Sicilia habitare decreverunt. Pars itaque urbem condit, & a Regis nomine Minoam vocat, pars mediterranea*

loca

loca pervagata, & munitum nacta locum, oppidum a fonte ibi ſcaturiente Engyum denominatum ædificat. Poſtea vero, belli tempore Trojani, Merionem in Siciliam ejectum cum Cretenſibus, quos ducebat, ob cognationem generis in communionem civitatis recipit. Diſſentit a Diodoro Herodotus lib. qui Cretenſes ſcribit ad ulciſcendam Minois mortem magna claſſe in Siciliam trajeciſſe, eaque deinde relicta in Japigia Hyriam urbem ædificaſſe.

(30) Ritimum, ſeu Rithymna urbs Epiſcopalis, quam Rhytium vocat Niger in Comment. *Poſtea Rhitymna ſive Rhytius civitas in Cherroneſo ſita portu carens, quam poſteriores Retemum nuncuparunt.*

(31) Millopotamum oppidum Bondelmontius ſtatuit diverſum a Pantomatrio, quem tamen unum eumdemque locum eſſe variato fluxu temporum nomine aſſerit Dominic. Niger lib. XI. *Mox Pantomatrion aliud oppidum, quod nunc Milopotamum incolæ vocant.* De Millopotamo agendum erit inter urbes Epiſcopales Latinas.

(32) Panoram ſeu Pannonam, Pantomatrion & Dion, ſeu Dium Urbes antiquas Cretenſis Inſulæ recenſent Plinius & Ptolomæus. Dominicus Niger ſicuti Pantomatrion idem eſſe ſcribit, quod nunc Millopotamum, ita Dion alio nomine Matium nuncupatum fuiſſe aſſerit: *Protenduntur inde recta in Aquilonem montes ſaxoſum relinquentes litus, in quo oppidum fuit Dion alio nomine Matium, cui objacet inſula, quæ Dia tum dicebatur, Standia modo.* Hanc laudati cæteroquin Geographi aſſertionem deſtruit Plinii teſtimonium, qui Dion ſeu Dium enumerat inter inſignia oppida Cretæ mediterranea, Matium quod, teſte Strabone, Gortynæ navale erat, inter oppida Auſtralia, in qua etiam ora ſub Mataliæ nomine collocatur a Ptolomæo.

(33) Gandacum enuntiatur a Bondelmontio pro Candia ſeu Candace vulgo Candia regni Cretenſis Metropoli, de cujus fundatione Bondelmontius aliqua affert veritati minus conſona.

(34) Philopolis hodie Macritico, cujus rudera deinde deſcribit Bondelmontius, in Neotericorum tabulis collocatur haud procul a Candia Metropoli.

(35) Carapina urbs in montis vertice olim poſita, cujus parva adhuc extare veſtigia aſſerit deinde Bondelmontius. A Neotericis ſtatuitur in Septentrionali Cretæ ora.

(36) De utroque Cheroneſo ſeu Cherſoneſo agemus inter urbes Epiſcopales.

(37) Clatos inter oppida mediterranea recenſetur a Plinio.

(38) Oliopoſopolis a nemine ex vetuſtioribus Geographis memoratur, niſi fortaſſe ſit Meliopolis in Neotericorum tabulis inter Cheroneſum & Panormum collocata. Olyſſam oppidum non longe a Gortyna memorat Domin. Niger.

(39) Panormum urbs Cretæ ad Boream ſita, in qua ortum habuit Sanctus Agathopus unus ex decem Martyribus Cretenſibus, poſteriori ævo Mirabellum nuncupata fuit, ut notat Dominicus Niger in Comment. *Panormum oppidum, quod modo Mirabellum dicitur, in medio pene curvati litoris ſitum, a quo paululum Cherſoneſus parva prominet. Inde terra in mare longe extenditur, unde iterum curvatur, ubi Cytæon urbs olim, quam recenti vocabulo Candiam nautæ dicunt, Venetorum colonia, a qua tota Inſula Candia nunc denominatur.* Candia ſeu Candax ab Agarenis nullo alio nomine connotata fuit; attamen aliquando vocatur Cyteum a Bondelmontio, & ab Aloyſio Lollino & aliis. Cyteum autem fuit urbs Cretæ Inſulæ antiquiſſima a Plinio, & Ptolemæo memorata.

(40) Sercopolis ſeu Serapolis civitas olim magna, ut ſcribit Bondemontius, a qua Septiæ oppidum derivavit, viſitur in Neotericorum tabulis ad plagam Septentrionalem Inſulæ.

(41) Camara quam æquivoce, ut ſuperius diximus in nota 22. cum Thalaſſa confundit Dominicus Niger in Comment. Geograph. olim Lato vocabatur, ut ex Zenione ſcribit Stephanus Byz. *Camara urbs Cretæ: & civis Camaræus. Xenion in Creticis tradit, quod Lato dicta fuerit.* Ad hanc igitur urbem ſpectat antiquum documentum fœderis inter Latios

tios & Olontios populos Cretenſes initi, quod inciſum legebatur in celebri marmore a Reineſio inter antiquas inſcriptiones vulgato pag. 501. quodque memorant etiam Seldenus lib. II. de Syned. Vet. Hebreor. & Meurſius in Tractatu de Creta lib. I. cap. XI. Epigraphen, prout in lucem protulit Raineſius, hoc loco afferimus.

„ XXVI. Marmor e Creta miſſum Venetias a Franciſco „ Molino Inſulæ Præſide continens fœdus Latiorum & Olon„ tiorum Cretenſium populorum.

„ ΟΜΝΕΩ ΤΑΝ ΕΣΤΙΑΝ ΚΑΙ ΤΟΝ
„ ΖΗΝΑ ΤΟΝ ΚΡΗΤΟΓΕΝΙΑ ΚΑΙ ΤΑΝ
„ ΗΡΑΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΖΗΝΑ ΤΟΝ ΤΑΛ
„ ΛΑΙΟΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΠΟΣΕΙΔΑΝ ΚΑΙ
„ ΤΑΝ ΑΜΦΙΤΡΙΤΑΝ ΚΑΙ ΤΑΝΧΑ
„ ΤΩΝ Κ' ΑΡΤΕΜΙΝ ΚΑΙ ΑΡΕΑ ΚΑΙ
„ ΤΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ ΚΑΙ ΤΑΝ ΕΛΕΤ
„ ΣΙΝΑΝ ΚΑΙ ΤΑΝ ΒΡΙΤΟΜΑΡΤΙΝ
„ ΚΑΙ ΕΡΜΑΝ ΚΑΙ ΚΩΡΗΤΑΣ ΚΑΙ
„ ΝΤΜΦΑΣ ΚΑΙ ΤΩΣ ΑΛΛΟΣΙΩΣ
„ ΠΑΝΤΑΣ ΚΑΙ ΠΑΣΑΣ.

„ Junuo Veſtam & Jovem in Creta genitum & Junonem „ & Jovem Tallæum (Jovis Τελείου non rara mentio; ſed „ Heſychius Ταλαίος ὁ Ζεὺς ἐν Κρήτῃ, Talæus eſt Jupiter in „ Creta, & quod habet ille Ταλαιδίτης ἀγὼν γυμνικὸς Tale„ dites certamen gymnicum, de feſto ei eo nomine illic „ ſacro ſumit Joannes Meurſius) & Neptunum & Amphi„ tritem, & Chaton (legendum ΑΗΤΩΝ Lacmam) & „ Dianam & Martem & Venerem & Eleuſinen, & Bri„ tomartin & Mercurium, Curetes & Nymphas & Deos „ alios (fallor enim niſi ΑΛΛΩ ΣΙΟΣ ab exſcriptore de„ pravatum fuerit ex ΑΛΛΟΤΣ ΣΕΙΟΤΣ alios Deos, nam „ nemo neſcit Σιὸς pro Θεὸς Laconice aliasque Dorice uſur„ patum, tametſi interim verum ſit, Θεὸς etiam in eodem „ fœdere pro Diis adhiberi) cunctos cunctasque. Et dein „ ΕΤΙΙ ΟΡΚΟΥΝΤΙ ΜΕΝΗ ΜΕΝΠΟΛΛΑ ΚΑΙ ΑΓΑΘΑ ΕΦΟΡ-

ΚΟΥΝ-

„ ΚΟΤΝΤΙ ΤΑ ΕΝΑΝΤΙΑ Recte juranti sunt multa ac bo-
„ na, Perieranti contraria. Subscribitur ΟΡΚΟΣ ΟΛΟΝΤΙΩΝ
„ ΟΑΤΤΟΣ, Jusjurandum Olontiorum idem.

„ Seldeno l. II. de Synedr. Ebr. vet. c. 11.

„ Ejusmodi juramentum, quod Elei Athenienſibus Argivis,
„ & Mantineenſibus ſuper contracto εἰς συμμαχίαν in annos
„ centum fœdere præſtiterant, vidit Pauſanias columnæ in-
„ ſcriptum apud Elidem, 1. Eliac.

Lapidem hunc *à Franciſco Molino Inſulæ Præſide*, ſeu potius, ut vocant Veneti, Proviſore Generali *ad Dominicum Molinum fratrem miſſum*, *ac typis quidem cum aliquot aliis* mandatum ſcribit Seldenus loco citato, quod pari modo enuntiat Meurſius ad urbem Lato his verbis: *Lato; poſtea Camara dicta fuit. Mentio ejus fit in Tabula Fœderum, inter hanc urbem & Diuntem, quam latentem in denſiſſimis tenebris antiquitatis in lucem protraxit Illuſtriſſimus Franciſcus Molinus maximi viri Dominici Molini frater, cum proconſulari imperio Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ nomine Cretam regeret; miſitque ad me is Dominicus, quem jam dixi, vir omnino incomparabilis, & Mæcenas verus ſæculi.* Diuntem itaque ſeu Dium civitatem cum Latoa fœdus iniiſſe aſſerit Meurſius, cujus viri authoritas quamvis plurimi in his rebus ſit facienda, attamen crediderim potius Olum civitatem, & Olontios ejusdem civitatis cives fœderis pacta jurejurando confirmaſſe, ſententiæ Raineſii adhærens, qui in nota ad documentum ſuperius ſcripſit: *Jusjurandum Olontiorum idem*. Fidem rei adſtruit, quod Olus a Camara non longe diſtaret, unde hæ duæ civitates alia ex alia inter mediterraneas Inſulæ recenſentur a Bondelmontio, qui Dium collocat ad Septentrionalem Inſulæ plagam. Olum autem oppidum diverſum eſſe ab Olyſſa pariter oppido, (quæ duo oppida Meurſius unicam ſcribit civitatem) aſſerit in ſæpe citato Comment. Dominic. Niger, qui non longe a Gortyna *Levineam Templum, quo multi ex Aphrica Religionis cauſa navigabant, & Olyſſam oppidum* jam ſolo æquatum ponit, atque deinde poſt recenſitam

Tha-

Thalaſſam civitatem *Olum oppidum* enuntiat, *quod antiquitas delevit*.

(42) De utroque Cherſoneſo (ut ſuperius dixi) ſuo loco agetur, ubi Cheroneſum urbem Epiſcopalem illuſtrabimus. Artacinam collocat inter urbes Cretæ mediterraneas Ptolemæus, eandemque eſſe cum Hyrtaco ſeu Hyrtacino civitate ſcribit Meurſius.

(43) Mirina, ſeu Myrina, ut habet Plinius, urbs erat Cretæ mediterranea, ut concordes aſſerunt ipſe Plinius & Bondelmontius. Mycenæ ſcribendum eſſe putat Meurſius Velleii Paterculi authoritati innixus, qui lib. I. Agamemnonem, narrat, *tempeſtate in Cretam Inſulam* rejectum, *tres ibi urbes* ſtatuiſſe *Mycenas*, *Tegeam*, *& Pergamum*.

(44) Pidiata oppidum non longe a Laſitis planitie poſitum, non ſemel memoratur in documentis Venetis ad Regnum Cretenſe ſpectantibus. Ex iis addiſcimus oppidum hoc, in celebri Venetæ Coloniæ inſtitutione, viris nobilibus ex regione ſeu ſexterio Sancti Marci Venetiarum Cretam appulſis obtigiſſe, cujus diviſionis documentum ſuo loco inferius afferemus. Caſtrum *Pedias*, quod Pidiata eſt, in Inſula Cretæ memorat Clar. Muratorius in Theſauro Veterum Inſcriptionum pag. CDXLV. epigraphen ex Donio afferens *in Caſtello* Pedias in Inſula Cretæ ſeu erectam ſeu repertam, cujus hæc verba ſuperſunt:

In Caſtello Pedias in Inſula Cretæ. Ex Donio.

„ ΤΙΒ. ΚΛΑΤΔΙΟϹ
„ ΚΑΙϹΑΡ ϹΕΒΑΣΤΟΣ ΓΕΡ
„ ΜΑΝΙΚΟϹ ΤΑϹ ΟΔΟΤϹ ΚΑΙ
„ ΤΟΤϹ ΑΝΔΡΟΒΑΜΟΝΑϹ ΑΠΩ
„ ΚΑΤΕϹΤΗϹΕΝ. ΔΙΑ. Κ. ΠΑΚΩΝΙΟΥ
„ ΑΓΡΙΠΠΙΝΟΥ. Β. ΚΑΙ. ΔΟΡΟ
„ ΘΕΟΥ ΤΙ.....

IDEST

IDEST.

„ Tiberius Claudius Cæſar Auguſtus Germanicus Vias &
„ Androbamonas reſtituit per Cajum Paconium Agrippi-
„ num iterum & Dorotheum.....
„ Vocabulum ΑΝΔΡΟΒΑΜΟΝΑΣ Clariſs. Gorius in No-
„ tis interpretatur *Virorum incenſus* (inceſsus puto) Nos
„ patrio ſermone Marciapiedi. Ego vitiatam vocem ſu-
„ ſpicor.

Aliam quoque inſcriptionem vetuſtiſſimam, quam *Heracleæ* adſcribit laudatus Muratorius citati operis pag. CCXXXIII. oppido huic aſſignandam eſſe teſtatur codex ms. Vaticanæ Bibliothecæ, in quo legitur: *In Caſtello Pediade locato in agro Candiæ*. Hæc eſt epigraphe mutilata ex Muratorio deſumpta.

Heracleæ, e ſchedis D. de la Condamine. Miſit Bimardus.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΘΕΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΠΑΡ
ΘΙΚΟΥ. ΤΙΟΝ ΘΕΟΥ ΝΕΡΟΥΑ ΤΙΩΝΟΝ ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙ
ΑΝΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΤΟ Γ
ΥΠΑΤΟΝ ΤΟ Γ.....

IDEST
Quod Bene Vertat.

Imperatorem Cæſarem Divi Traiani Parthici Filium, Divi Nervæ Nepotem Traianum Hadrianum Auguſtum Tribunitiæ Poteſtatis III. Conſulem III.....

Ad annum Chriſti 119. aut 120. pertinet Inſcriptio.

(45) Boniſritium, ſeu ut correctius ſcribitur, Boniſatium oppidum antiquum eſt, cujus haud infrequens mentio reperitur in documentis & Hiſtoriis Venetocreticis.

(46) Chitima, de qua ſcribit in hoc Tractatu Bondelmontius, quod *maxima civitas* fuerit, *quæ fere videtur*. Locum

cum hunc noſtris adhuc temporibus extare docent Neotericorum tabulæ.

(47) Gortyna urbs celeberrima Cretæ ejusque Metropolis usque ad irruptionem Agarenorum, in cujus everſæ locum caput Inſulæ effecta eſt Candax ſeu Candia, de quibus infra ſuo loco.

(48) Caſtellum novum oppidum amplum in vaſtiſſima planitie Meſſareæ, de quo ſæpe mentio eſt in Venetis documentis.

(49) Temnos urbs, quam ante Cnoſſum recenſet Bondelmontius, accipienda eſt pro antiqua civitate *Thennæ* ſive Thennæ nuncupata, quam non longe a Cnoſſo poſitam fuiſſe indicat Callimachus Hymno I. apud Meurſium

Cum Thenas reliquit Cnoſſum deſerens
Jupiter Pater; Nympha te: Thenæ vero proxima Cnoſſo.

Indicat quoque idem Stephanus, a Meurſio citatus: *Omphalium locus Cretæ prope Thennas & Cnoſſum*. Diverſa porro dici debet hæc urbs ab oppido ſeu arce Themenos, quæ multo poſt Callimachi ævum ædificata, eo ſcilicet tempore, quo bellica Nicephori Phocæ virtus Cretenſem Inſulam ab Agarenis occupatam, Conſtantinopolitano Imperio reſtituit. Hoc nobis innoteſcit ex Leone Diacono, qui a morte Conſtantini Porphyrogeniti usque ad finem Imperii Joannis Tzimiſcis hiſtoriam contexuit. Ex eo hauriens Pagius in Critica ad Annales Baronii anno 961. hæc poſt Cretæ expugnationem acta enarrat: *Urbe itaque penitus in poteſtatem redacta, ſubtractis Prætor manubiorum primitiis, reliqua militibus diripienda objecit. Ajunt plurimas ac inexhauſtas opes Cretenſium illo oppido congeſtas eſſe, quippe quod diu rebus proſperis uſum eſſet, maxime vero quod pyraticis excurſionibus, ac latrociniis uſum utriusque continentis populando littora, malisque hujusmodi eruditum artibus, divitias quantas animus cogitaverit, theſauro repoſitas habebat. Evecta omni ſuppellectile, murorum ambitum perfodi, atque disjici, Nicephorus juſſit, cunctisque hoſtibus in poteſtatem redactis, in ſublimi arduoque tu-*

mulo haud procul ab exciſa urbe extante murum extrui juſſit. Tutus enim locus videbatur, & ad arcem forti præſidio futurus. Septo itaque ac munimento tutiſſime, ac firmiſſime ſtructo, juſtoque arci impoſito militari præſidio urbem Græca voce Temeno (ac ſi dicas fanum ſeu delubrum) vocavit, & igniariis triremibus ad ejus cuſtodiam relictis, ipſe aſſumpta præda ac captivis Byzantium adnavigavit. Frequens erit hujus oppidi mentio mox in ſerie Cretenſium Ducum illuſtrata.

(50) Gnoſos ſeu Cnoſſos eadem eſt cum Cerato urbe apud Strabonem & alios; licet a Bondelmontio Gnoſos inter mediterraneas, Ceratus vero inter Auſtrales Inſulæ urbes recenſeatur.

(51) Gaſi locus hoc nomine vocabatur, dum Bondelmontius Cretenſem Inſulam luſtrabat. Nullibi ipſum memoratum inveni, niſi fortaſſe fuerit Gozi civitas, de qua ſupra n. 23.

(52) Laſus mediterraneum Inſulæ oppidum affertur a Plinio lib. IV. cap. XII. de quo ſuperius num. 22.

(53) Lephtyne ſeu Lephternia locus prope Laſitim agrum cum opportunior ſeditioſis evaderet, a Venetis dirutus, ac deletus fuit.

(54) Aperiapolis, quam eandem eſſe puto cum Aptera urbe, ita dicta (ut ex Græcis fabulis tradit Ethymologici author) *quod Syrenes cum Muſis aliquando contendentes, ac victæ alas ibi abiecerint;* & doloris impatientia ſe in mare præcipites dederint, quod exinde Muſeum mare appellatum eſt. Euſebius tamen in Chronico urbem hanc ab Aptera Rege & originem & nomen habuiſſe teſtatur: *Cretæ Regnum tenuit Apteras, qui & urbem condidit.* Porro Apteras Cretæ Rex alligatur ab eodem Euſebio ad annum Moyſis octavum, ſucceſſitque Cydoni in Regno Cretenſi. Apteriam vocat Ptolemæus, & Apteron Plinius.

(55) Folernam a Bondelmontio enuntiatam nullibi reperire datum eſt inter antiquos Geographos. Phalannam, Phalannæam, & Phalaſarnam tres diverſas inter ſe Cretæ civitates recenſet Stephanus Byzant. in libro de urbibus, quarum

una

una fortaſſe erit Folerna in Bondelmontii deſcriptione allata. Pholaarnam locum olim habitatum, nunc deſertum memorat Dominicus Marius Niger, ubi de Creta agit his verbis: *Inde* (poſt Corycem promontorium) *Pholaarna locus tunc habitatus, modo deſertus, quem conſtituit Minos, deinde Lacones, & Achæi muro validiſſimo cinxere, effecereque, ut in meridiem ſpectaret. Mox Ramnis portus.*

(56) Deſcriptionem Cretæ Inſulæ exorditur Bondelmontius a Zephiro Promontorio, deinde eam proſequitur juxta itinerum ſuorum rationem, loca eo ordine deſcribens, prout ipſe alium ex alio aſpexit. Non diſſimilem huic (ut ſuperius innuimus) topographicam Cretæ illuſtrationem typis vulgatam edidit Dominicus Marius Niger Venetus, incipiens a Coryce Promontorio, cui nunc nomen Cambruſſa. Ubi vero Zephirum attingit hæc ſcribit: *Inde* (poſt Cherſoneſum) *altiſſimus mons pluribus collibus diſtinctus in Cherſoneſi modum, cujus extrema Zephyrium appellatur. Poſt autem circumflexo Zephyrio Septentrionale Inſulæ latus occurrit.*

Porro Zephirum Promontorium ponitur a Ptolomæo in Orientali Cretæ latere, cui ex adverſo ſtant Inſulæ Chriſtiana, & Pharioni, ſic a Neotericis appellatæ. Inſulam Chriſtianam nuncupatam ponit Niger ex adverſo Erythei Promontorii. *Poſtea Erytheum eſt Promontorium, cui aliqui objacent ſcopuli, & Inſula Liſſa olim, nunc recentiores Chriſtianam dicunt.*

(57) Oppidum Girapetra nuncupatum olim civitas Epiſcopalis tum ſub Græcis Imperatoribus, tum ſub Venetorum ditione, unde Epiſcopi Jerapetrenſes, vocabatur antiquitus Hierapydna ſeu Hierapytna, quam a Hierapoli diverſam ſtatuunt Plinius & Bondelmontius.

(58) Unde latiſſimo huic campo Omali nomen obvenerit, narrat ex Cretenſium fabulis Diodorus Siculus lib. V. cap. LXX. *Nativitatis autem & educationis hujus* (Jovis) *multa adhuc argumenta in Inſula ſuperſunt, dum enim a Curetibus infans geſtatur, umbilicus ejus ad fluvium, quem Tritonem vocant, decidiſſe perhibent, unde territorium illud ſa-*

crum Omphalus ideſt Umbilicus, & circumjectus illi campus Omphaleus ideſt Umbilicarius nominetur.

(59) Antoſpolis ſeu Anopolis, ut vocatur a Neotericis, ſita eſt ad Meridionalem Cretæ plagam non longe ab oppido *S. Nicolai*.

(60) Templum Dianæ, quod Bondelmontius *non ex toto deletum* ſe vidiſſe teſtatur, exhibent etiam Neoterici in recentioribus Geographicis tabulis. *Cretenſes Dianam ſolemni victimarum ritu ac Templorum dedicatione* (ut refert Diodorus Siculus) ſumma veneratione colebant, tantaque erat apud obcœcatos eos populos erga vanum Numen religio, ut ipſius ædes nemo niſi nudis pedibus ingredi præſumeret. Porro celebris hujus ædificii in Dianæ honorem extructi architectonicas leges dediſſe Dædalum Icari patrem faciles aſſeruerunt aliqui ex veteſtioribus Geographis, incolarum traditioni fidentes. Julius Solinus Dianam a Cretenſibus coli, & Britomartym appellari ait, *quod ſermone noſtro ſonat Virginem dulcem*. Quod autem nonnulli perperam Britomartym Gortynem puellam, cui Dictynna cognomentum additum fuit, eo quod caſſes venatorios, ut ajunt, repererit, cum Diana confundant, fuſe differit Diodorus Siculus, ubi fabuloſas Cretenſium Deorum genealogias ſuſcipit illuſtrandas. De Britomarty Virgine impudicas Minois Regis violentias effugiente, & in piſcatorum retibus ob ſervandam caſtitatem delitescente agunt Diodorus in Bibliotheca, & Strabo lib. X. Geographiæ.

(61) Nemo eſt, qui neſciat eas, quas de Dædalo Labyrinthi aſſerto Architecto, & de Icaro ejus filio fabulas prodiderunt Poetæ; quæ etſi ſomnia & deliramenta omnino eſſe videantur, originem tamen, & fundamentum ex actarum rerum veritate deduxerunt. Id videre eſt in Chronica Hiſtoria Joannis Malalæ, qui Minois Cretæ Regis ſapientiam, victorias & mortem referens, Dædali quoque & Icari meminit his verbis: *Circa eadem tempora celebres fuerunt Dedalus & Icarus ob Paſiphae Minois Regis uxorem, Taurumque ſcribam ejus, quo cum rem habuit Paſiphae, filiumque ex*

eo

eo Minotaurum peperit, adulterii conſciis, atque illud etiam promoventibus Dædalo & Icaro, qui deinde perierunt; hic quidem rupto carcere inter navigandum demerſus eſt, Dædalus vero gladio occiſus. De Labyrintho, qui aſſeritur ad Dædali Archetypon prodiiſſe, mox inferius dicendum erit.

(62) Oppidum, quod *Nicono* in recentiorum Tabulis vocatur, a Bondelmontio *Nichiron ſacrum*, & in documentis Cancellariæ Cretenſis *San Nichita* nominatur, fortaſſe quia in honorem Sancti Niconis Armeni Monachi, & ſecundi poſt Titum Inſulæ Cretenſis Apoſtoli ædificatum fuit. De eo habetur in publicis regeſtis S. C. anno 1437. die 6. Maii latum, quo inhibetur, ne *ad Caſtellaniam* (ideſt Præfecturam Oppidi) *Sancti Nichitæ ullus eligatur, qui non fuerit Nobilis Feudatarius Cretæ.* Ædificatum eſſe, ubi olim exſurgebat antiqua urbs Phœnix, docet Dominicus Niger, ut ſupra diximus, ubi Phœnicem memoravimus.

(63) Cretam Inſulam ob aeris ſalubritatem aliquando Aeriam dictam fuiſſe, ſuperius retuli, ex qua aeris temperie haud infrequentes præcipue in montanis locis inveniuntur etiam noſtris hiſce temporibus viri, qui ad labores robuſti ætatem centum annorum prætergrediuntur.

(64) Poſt rebellionem Coloniæ Venetæ cautum fuit lege publica, ne quis circa terminos Anopolis agros colere poſſet, quod deinde interdictum Senatus authoritate ablatum fuit, ut in ſerie Ducum Cretenſium inferius exhibebimus.

(65) Licet Idoli nomen, cui dedicatum erat Templum, reticeatur a Bondelmontio, attamen pronum eſt credere Dianæ, ſeu (ut vocabant Cretenſes) Dyctinnæ ſacrum fuiſſe, ſiquidem, ut refert Solinus cap. XVII. *Ædem hujus numinis nullus, præterquam nudus veſtigia licito ingrediebatur.* De Templo Dianæ Dyctinnæ a Cretenſibus pelte vexatis erecto hæc aſſert Lutatius ad Thebaidos Statii lib. IX. *Britomartis fuit Virgo Cretenſis Dianæ dicata. Huic cum Rex Cretenſium Minos ſtuprum vellet inferre, illa ſe jecit in mare, illataque eſt retibus piſcatorum, quæ Græce* δίκτυα *nominantur, e qui-*

quibus hujus corpus extractum eſt, Inſula tamen Creta peſtilentia laboravit, quam evadere penitus nequiſſent, niſi templum Dianæ inſtituiſſent, eamque Dyctinnam vocaſſent a retibus.

(67) Divum Paulum Apoſtolum, dum captivus Romam duceretur, Phenicem Cretæ Portum attigiſſe ſcripſit Sanctus Lucas in Actis Apoſtolicis cap. XXVII. *Adnavigavimus Cretæ juxta Salmonem* (Promontorium, quod nunc caput Salmonium appellatur) *& vix juxta navigantes venimus in locum quemdam, qui vocatur Boniportus* (ubi deinde erectum fuit Baſiliani inſtituti Monaſterium) *cui juxta erat civitas Thalaſſa.* (quam Cornelius a Lapide in Commentar. Laſæam dicit ex Græco, & Syro) ..... *& cum aptus non eſſet portus ad hyemandum plurimi ſtatuerunt conſilium, navigare inde, ſi quo modo poſſent, devenientes Phenicem hyemare, portum Cretæ reſpicientem ad Africum & Chorum.*

(67) Loca hæc deſcribit etiam Dominicus Niger in Comment. ſæpecitato XI. Europæ his verbis: *Ubi primo Corycis promontorium eſt, & civitas ejusdem nominis fuit, cujus nunc promontorii nomen Cambruſſa. Cui non in mari procul inſulæ duæ parvæ ſunt Coſicæ appellatæ olim, totidemque Mylæ Cambruſſæ nunc. Inde Pholaarna locus tunc habitatus, modo deſertus, quem conſtituit Minos, dein Lacones & Achæi muro validiſſimo cinxere, effecereque ut in meridiem ſpectaret. Mox Ramnis portus.*

(68) Claudos Inſulam ex adverſo Hierapytnæ ſtatuit Niger loco citato: *Hinc urbs eſt Pyctina ſeu Pyata cognomine ſacra, ſive Hierapygia, quæ Laviſſa ante Strabone teſte nominabatur, in colle enim eſt, qui Sacer appellatur, nunc Zirapetra a junioribus dicitur; cujus ex adverſo nunc in mari longe Claudos Inſula eſt, in qua olim civitas Gaideronis modo ab incolis, cui circumſtant ſcopuli, ut Cryſa, Ophinſa, Buto, Aranusque.* Inſula hæc Claudos a Ptolemæo memorata, & inter urbes Epiſcopales in notitiis Epiſcopatuum Leonis Sapientis Imperatoris adnumerata, recenſetur etiam a S. Luca

in

in Actis Apostolorum cap. XXVII. vers. XVI. & Cauda appellatur ; tali enim nomine verisimile est eo tempore appellatam ab incolis fuisse . Hæc leguntur in sacro codice loco citato. *In Insulam autem quamdam decurrentes, quæ vocatur Cauda, potuimus vix obtinere scapham.* Fuse de hac Insula differit Cornelius a Lapide in comment. loci citati.

(69) Amphimalis seu Amphimalla, ut eam vocant Plinius & Ptolemæus, urbs Cretæ antiquissima ibi sita olim erat, ubi postea Suda arx munitissima ædificata fuit a Venetis anno 1229. ut legitur in Andreæ Danduli Ducis Chronico lib. X. cap. V. par. I. *Hoc anno* (Jacobi Theupoli Ducis I. qui convenit cum anno æræ vulgaris MCCXXIX.) *Joannes Storlato Dux in Creta, ut Græcos sibi rebelles comprimeret, Marcum Sanuto potenter in Cretam venire fecit, & in Lasuda urbem fundavit ;* seu ut correctius scribitur in ms. Danduli Chronico, quod in Veneta Sanctorum Joannis & Pauli Bibliotheca asservatur, *& in Insula Sudam urbem fundavit.*

(70) De hac Amerini, qui frater Nicephori Phocæ asseritur, occisione, deque ipsi erecto monumento, nihil, quod sciam, afferunt Historici Græci, qui de Creta Insula Imperio Constantinopolitano restituta scripserunt . Unus Nicephori frater *Leo* nomine in Græcorum annalibus recensetur, qui commendatur in expugnatione Chandacis urbis ab Agarenorum jugo liberatæ .

(71) Gangium Oppidum apud neminem legi enuntiatum, sicuti nec Elacos, nec Coso oppida a Bondelmontio recensita.

(72) Gortynæ civitatis excidium & Candacis seu Candiæ exordia perperam alligat Bondelmontius ad Metelli Proconsulis Romani tempora, cum certum exploratumque sit ex concordi Græcorum Historicorum sententia, Gortynam ab Agarenis Cretam invadentibus solo eversam, ejusque loco Candacem urbem recens ædificatam in Regni Metropolim constitutam fuisse.

(73) Ubertatem Cretici soli, optimumque vini ex eo prodeuntis genus mire extollunt Geographi fere omnes, alii-

que

que authores ipſius Inſulæ deſcriptionem afferentes. Lepidiſſime Cretici vini virtutem & copiam deſcripſit Aloyſius Lollinus Epiſcopus Bellunenſis in epiſtola, quam Donato Mauroceno Proconſuli (ſeu ut vocabant Duchæ) in Cretenſem coloniam cum imperio proficiſcenti miſit anno 1617. hæc inter cætera ſcribens: *Nullus jam eſt terrarum angulus tam longe a noſtris finibus ſummotus, quem Bacchus, non Semeles ille filius (hujus enim Indica expeditio tantum memoratur) ſed Creticus iſte veſter non luſtrarit, ſecumque nominis decus Venetii invexerit, cujus ſub auſpiciis mare enavigans, feras gentes perdomat. Quod armipotentes non magis, quam vinipotentes ab extremis hominum Morinis Britannisque objectu Oceani diremptis auditis hujus muneris eſt. Hoc conciliante gratiam Sarmatis, Thracibus, Getis innotefcitis, quibus reliqua Italia inaudita ac indicta eſt.* Et Bohemis quoque vinum hoc amabile refert Æneas Sylvius in hiſt. Bohemica cap. I. *Quoties Cretenſe vinum caupones venale proponunt, invenies quamplures, qui juramento adacti, numquam cellam vinariam egredientur, niſi exhauſto dolio.* At inertiam hanc in colendis oleis, de qua Cretenſes ſui temporis redarguit Bondelmontius, copioſe rependerunt ſubſequenti ævo ipſorum nepotes; ſiquidem ut ex Chronico Andreæ Cornelii apparet, univerſa Inſulæ opportuna loca adeo olearum arboribus redundabant, ut ex eis non ſolum neceſſarium Incolis oleum ſuppeditaretur, ſed etiam univerſa fere ad uſum vitæ ſpectantia Cretenſes ab exteris comparare poſſent. Hanc olearum oleique inde effluentis ubertatem ſatis oſtendunt multa, quæ ſuperſunt Senatus Veneti decreta in hanc rem; idemque non uno in loco enunciat Pittonius de Tournefort Gallus in ſuo Orientis itinere epiſtola prima, & ſecunda in quibus Cretæ Inſulam illuſtrat. Non autem pigritiam ſolum, ſed etiam ſævitiem & mendacium exprobat Cretenſibus Divus Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Titum cap. I. verſ. 12. *Dixit quidam ex illis proprius ipſorum Propheta: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* Vates autem a Sancto Apoſtolo Prophetæ titulo

lo decoratus, eo quia a Cretenſibus ceu Propheta haberetur, fuit Epimenides Philoſophus, ac Templi Mitræ, ideſt Solis Sacerdos, qui librum ſcripſit de Oraculis. Tribus ergo vitiis hac Epimenidis ſententia notantur Cretenſes, primum quod pigri ſint, & explendo ventri intenti; ideoque ipſorum ſegnitiem in alendis colendisque olearum arboribus effert Bondelmontius. Secundum, quod malis beſtiis comparentur ex inſita feritate, qua ad latrocinia & injuſtitias & dolos maxime proclives eſſe videntur, unde eſt illud Leonis Epigramma Antologia lib. III. cap. XXII.

Semper latrones ac pyratæ, neque juſti
Cretenſes, quis Cretenſium novit juſtitiam?

Tertium denique, quod ſemper mendacia ſermoni ſuo immiſceant, unde antiquum proverbium *Cretizare cum Cretenſi*, nempe mendacem eſſe cum viro mendaci. Hujus autem proverbii origo ex Idomeneo Cretenſium Rege prodiit, qui cum in bello Trojano *ad ſpolia* (ut ſcribunt Scholiaſtes Callimachi, & Suidas) *inter Græcos dividenda conſtitutus* fuiſſet Arbiter, *ſibi optima vindicavit*. Aliam proverbii hujus cauſam affert Athenodorus Eretrienſis Comment. lib. VIII. aſſerens: *Thetidem & Medeam de forma contendiſſe in Theſſalia; judicemque conſtitutum Idomeneum, Thetidi victoriam attribuiſſe; Medeam vero iratam dixiſſe: Cretenſes ſemper ſunt mendaces, ac præterea imprecatam, ne quid veri, ſicut in judicio fecerat, unquam diceret: & ex eo Cretenſes mendaces habitos eſſe*. Ita Photius in Bibliotheca ex Ptolemæi Hephæſt. Hiſt. Novæ lib. V. Eſt & aliud adagium, quod ingenium Cretenſis populi ad dolos proclive teſtatur; ſcilicet: *Cretenſis cum Ægineta*, quod dici *in eos, qui mutuis ſe dolis* fallunt, ſcribit Diogenianus Cent. V. Proverb. XCII. Licet autem ex Apoſtoli dictis graviſſima vitia Cretenſibus adſcribantur, attamen Chriſti gratia & Apoſtolica prædicatione pravos animos edomante & corrigente, Inſula Cretenſis, antea Idololatriæ altrix & magiſtra, plurimos Sanctos dedit, qui Catholicam fidem & ſanguine confirmarunt & doctrina meritis-

que illuſtrarunt, ut inferius ſuo loco oſtendetur, ubi de Metropolitana Eccleſia ſermo erit. Nec tamen, licet ſuperſtitionibus ſuis obcœcati, vitiisque corrupti antiqui Cretenſes virtutum merita ignorabant, ſiquidem, ut teſtatur Franciſcus Petrarcha lib. III. Rerum Memorand. *cum cæteri mortalium inimicis ſuis aſpera quælibet ac triſtia, mortem, exilium, pauperiem, ignominiam imprecentur; Cretes ſolum delectationem orant, ſed eam, quæ ex mala conſuetudine percipitur. Et hi quidem*, addit deinde vir Philoſophus, *quod de Tito Coruncano, & M. Curio ſupra diximus, verbo mitiſſime, re atrociter. Profecto enim pertinax malorum actuum jucunditas præceps ad interitum via eſt. Non* igitur *ea dictionis vi*, ut optime notat Monachus vitæ S. Nicolai Studitæ ſcriptor, *pium genus omne Cretenſium* Apoſtolus innuit, *quin, e converſo eos qui vivendi licentia, ac qualis fere brutarum animantium habeat animi puritatem contraria ventris turpitudine, affectionibus ad terrena depreſſis, dedecore afficerent, ejusmodi ſermo ſubnotat..... Liquet autem proverbium hoc non Apoſtoli eſſe, ſed Epimenidis poetæ Cretenſis.*

(74) In maxima olim & antiquiſſima civitate Philopoli hodie Macritico appellata extare Caiphæ ſepulcrum aſſerit ex Cretenſium traditione Bondelmontius. In Chronico autem, quod de rebus Cretenſibus contexuit Andreas Cornelius Jacobi filius Nobilis Venetus in Cretenſi colonia, refert Caipham Summum olim Judæorum Sacerdotem ſepultum fuiſſe haud procul a loco, ubi deinde Candia erecta fuit, ipſumque locum ab injuſtiſſimi Pontificis ibidem tumulati nomine nuncupatum fuiſſe *Caſal Cagiafa*, quod ſonat Caſal Caifa. Fragmentum Chronici aſſero, ut apud eruditos lectores res eam fidem habeat, quam promeretur: " Nell' „ anno 23. di Tiberio, e nel quarto doppo la morte di „ Chriſto nell'andar a Roma Pilato Preſidente della Giudea, „ e Gioſeffo detto Caifaſſo Pontefice della Giudea privati di „ detti loro Magiſtrati da Vitellio Governator Generale del- „ la Soria, e mandati a Tiberio per render conto del gover-

„ no

„ no loro, capitarono per viaggio in Creta & eſſendoſi am-
„ malato Caifaſſo morì, e fu ſepolto dalli Giudei in un luo-
„ go vicino dov'è hora la città di Candia lontano dal ma-
„ re da circa miglia tre, il qual luogo tiene oggi il nome
„ ch'è il Caſal Cagiafa. Queſto ſi vede anco nelle memo-
„ rie degl' Hebrei di Candia, & per traditione paſſato ne'
„ poſteri fino a' tempi noſtri. In Greco Caifaſſo ſi dice Ca-
„ giafa, com'è nominato negl'Evangeli ſcritti in Greco, e
„ Pilato ſi partì per Roma con la medeſima nave.

(75) Cretenſes Jove ſuæ Inſulæ Rege gloriabantur, quem apud ſe in Dicta monte natum, in Ida educatum, & in ſpelunca apud Cnoſum tumulatum aſſerebant, ajebantque ipſum Jovem inter Deos, (quorum deinde Imperium obtinuit) poſt mortem ſolummodo fuiſſe adnumeratum. De Jovis ſepulcro hæc habet Pomponius Mela lib. II. *Creta multis famigerata fabulis: maxime tamen eo quod ibi ſepulti Jovis pene clarum veſtigium ſepulcrum eſt, cui nomen ejus inſcriptum eſſe accolæ oſtendunt.* Idipſum de Jove apud Cretenſes ſepulto concordi ſententia ſcripſerunt plurimi tum ex Grecis, tum ex Latinis ſcriptoribus, qui cum Jovem Deorum maximum fabulis decepti venerarentur, ipſius defuncti tumulum in ſpelunca Cretenſis Inſulæ aſſervari, & oſtendi non diffitebantur. Ita Cicero lib. III. de natura Deorum: *Tertium (Jovem) Cretenſem Saturni filium, cujus in illa Inſula ſepulcrum oſtenditur.* Diodorus Siculus, qui Cæſaris ætate floruit, lib. III. Bibliot. Hiſtor. *Ac Inſulam ab uxore ſua Idæam appellaſſe, in qua etiam mortuus ſepulcrum acceperit, cujus locus etiam ad noſtra usque tempora oſtendatur.* Julius Solinus ex Varrone ſepulcrum Jovis etiam viſitatum ſcribit cap. XVI. *Varro in libro primo, quem de litoralibus fecit, etiam ſuis temporibus affirmat ſepulcrum Jovis ibi viſitatum.* Lucianus, qui ſub Trajani Imperio ſcripſit, non ſepulcrum ſolummodo, ſed & ſepulcro Epigraphen proximam notat in Jove Tragœdo his verbis: *Qui huc ex Creta commeant, alia nobis narrant, ſepulcrum quoddam illic oſtendi, atque cippum*

juxta ſtare qui ſignificet, non tonare amplius Jovem olim jam vita functum. Quod autem tumulum juxta ſtare cippum columnam videlicet cum inſcriptione aſſerat Lucianus, hoc adverſari videtur iis, quæ affert Ennius in Sacra Hiſtoria, cujus teſtimonio edocemur epigraphen Jovis ſepulcro inſcriptam fuiſſe antiquis litteris: *Jupiter*, hæc ſunt Ennii verba, *poſtquam terram quinquies circumivit, omnibusque amicis & cognatis ſuis imperium diviſit, reliquisque hominibus leges, mores frumentaque paravit, multaque alia bona fecit, immortali gloria memoriaque affectus ſempiterna; monimenta ſuis reliquit, ætate peſſumacta, in Creta vitam commutavit, & ad Deos abiit, eumque Curetes filii ſui curaverunt, decoraverunteque. Eſt ſepulcrum ejus in Cretæ oppido Gnoſſo, & dicitur, Veſta hanc urbem creaviſſe, inque ſepulcro ejus eſt inſcriptum antiquis litteris Græcis* ΖΕΥΣ ΤΟΥ ΚΡΟΝΟΥ, *ideſt Latine, Jupiter Saturni.* Inſcriptionem hujuſce ſepulcri diverſimode tamen concinnatam affert Sanctus Joannes Chryſoſtomus Hom. III. in Epiſtolam S. Pauli Apoſt. ad Titum: *Creteníes ſepulcrum Jovis habent ita inſcriptum: Hic Zan jacet, quem Jovem vocant;* cujus epigraphes authorem fuiſſe Pythagoram Philoſophum teſtatur S. Cyrillus Alexandrinus lib. X. contra Julianum: *Deſcendit* (Pithagoras) *in antrum, quod vocatur Idæum habens nigra ſacrificia; legitimos tres & novem dies ibi manſit, & deſcendens ſpectavit ſecundum conſuetudinem Jovi ſtratum illic ebronum, inſculpſitque in ſepulcro epigramma: Summus hic jacet magnus Zan, quem Jovem appellant.* Sepulcrum & vitia Jovis veluti mortalis pravique hominis argumentum Decio Cretæ Præſidi exprobrarunt decem Cretenſes Martyres, dum eos ad adolendum Idolis thus impie hortaretur; uti in actis, quæ mox afferemus, ſcripſit Simeon Metaphraſtes. Argute tamen & induſtri excuſatione aliqua Cretenſes ſuos de ſtulta hac ſuperſtitione & impietate inſimulatos purgare nititur Aloyſius Lollinus Epiſcopus Bellunenſis, in epiſtola ad Donatum Maurocenum Cretæ Proconſulem deſignatum miſſa: *Erravit, non inficiamur,*

mur, prima illa ætas Jovem, cujus in vertice Idæo (antrum ſepulcri in vertice montis collocat) *tumulum vidiſſet, hominum, divumque parentem ſtulte indigitando; verum in eo ratio aliqua, ſeu excuſatio erroris conſiſtit, quod quem ſummum, primum inter Numina putabat, eidem patriam tribuebat omnium, quas Sol circumſpicit, pulcherrimam, atque beatiſſimam.* Quamvis autem de ſepulcro Jovis & Cretenſium traditio, & fere omnium ſcriptorum conſenſus convenire videantur, attamen Scholiaſtes Callimachi non Jovem, ſed Minoem Jovis ex Europa filium in eo ſepulcro conditum jacere putavit, ideoque inſcriptionem tumuli temporum fluxu aliqua ex parte deletam fuiſſe ſcripſit ad Hymn. I. In Creta in ſepulcro Minois inſcriptum erat: *Minois Jovis ſepulcrum: temporis progreſſu vero illud MINOIS deletum eſt, ita ut relinqueretur Jovis ſepulcrum:* at huic Scholiaſtis Callimachi aſſertioni adverſantur, ut diximus, Scriptores fere omnes, qui de Jovis ſepulcro mentionem habuere; & quidem cum de Jove in Inſula mortuo & ſepulto ſe le efferrent Cretenſes, eos tanquam mendaces improperavit Callimacus Hymno I. *Cretenſes ſemper mendaces ſepulcrum tuum ob Jupiter fabricarunt, tu enim non mortuus es, ſed in Cœlo quaſi Deus immortalis ſemper vivis.* Quare non ex Epimenide ſolum, ſed etiam ex Callimacho verba contra Cretenſes ſumpſiſſe Divum Paulum Apoſtolum ſcribit S. Hieronymus in comment. ſuper epiſt. ad Titum. *Sunt qui putant hunc verſum de Callimacho Cyrenenſi ſumptum, & in parte non errant: ſiquidem & ipſe in laudibus Jovis adverſus Cretenſes ſcriptitans, qui ſepulcrum ejus ſe oſtendere gloriabantur, ait: Cretenſes ſemper mendaces, qui & ſepulcrum ejus ſacrilega mente fabricati ſunt.* Alterius Jovis Cretæ Regis fuiſſe hoc ſepulcrum aſſerunt Atlantii Oceani accolæ, de quibus Diodorus Siculus lib. III. ita ſcribit: *Atlantii Oceani accolæ, & felicis terræ poſſeſſores narrant, fuiſſe alterum Jovem fratrem Cœli, & Cretæ Regem, ſed gloria poſtero longe inferiorem. Etenim hunc ſub imperio totum mundum habuiſſe: priorem vero inſulæ,*

ſulæ, quam nominavimus, Principem, in qua etiam vita functus ſepulcrum acceperit, cujus veſtigia noſtra quoque tempeſtate viſantur. Cretenſes tamen ab his diverſa memorant, de quibus ſeorſim in illorum hiſtoria perſcribemus. Jovem itaque, quem Optimum Maximum Deorumque Patrem decantabat ethnica ſuperſtitio, quum apud ſe morte ſublatum, & in antro ſepultum affirmarent Cretenſes, a cæteris Idololatris veluti Hæretici & infideles notabantur, quod de ſupremo omnium Numine minus digna ſentirent. Sepulcrum hoc quod usque ad ſua tempora ſub Conſtantii ſcilicet, & Coſtantis Imperio *a vanis Cretenſibus adorari* retulit Julius Firmicus de Eor. Prof. Relig., periiſſe mox, opinatur Joannes Meurſius horribili illo terræmotu, quo anno Chriſti CCCLXVIII. in Inſula Cretæ urbes plusquam centum ſolo proſtratæ fuerunt. At Bondelmontii aperto teſtimonio edocemur, ſepulcrum Jovis *cum litteris deletis* in extrema ſpelunca poſitum, adhuc itinerantibus oſtendi nullo terræmotu concuſſum.

(76) Inſulæ Spira & Cognida, ita apud recentiores appellatæ medium habent ex adverſo promontorium Spina Leon a Bondelmontio, nunc autem aptiori vocabulo Spinalonga nuncupatum, in quo aſſerit ſæpelaudatus Bondelmontius olim ſtetiſſe Molopiexopolim, ſeu Iſtrinam civitatem, quam Neoterici Melioxopolim vocant, & in angulo territorii Sithiæ, qui ex adverſo eſt Promontorii Spinælongæ, collocant. Nullam de Meliopoxopoli ſeu Melioxopoli mentionem facit Meurſius inter urbes Cretæ, nec Iſtrinam recenſet, niſi Iſtrina idem ſit ac Iſtrus, de quo Stephanus Byz. *Iſtrus urbs Cretæ, quam Artemidorus Iſtrona dicit.*

(77) *Campus fertiliſſimus Laſyti in deſertum & ſolitudinem* deductus fuit non propter timorem ruſticorum, ſed ne *in caſum* rebellionis, (ex inconſtantia & ferocia populi haud infrequentem,) propugnaculum & ſubſidia ex indole, & fertilitate loci hoſtibus Reipublicæ præberet. Ita de Laſythi agro ad deſertum deducto ſcribit Petrus Juſtinianus Hiſtor. Ven. lib. v. *Anopolim, quod oppidum receptaculum omni rebellio-*

bellionis tempore Insulanis ac Reipublicæ hostibus fuerat, jussis colonis alio migrare eversum, desolatumque reddidere proposito edicto, ut capitale esset, quicumque eo incolendi causa rediisset, cautum etiam ut Lasythis nemo habitaret ad extirpandas sedes latebrasque facinorosorum hominum. Mandatum quo Veneti Provisores in Cretam missi post devictos profligatosque Coloniæ rebelles inhibuerunt, ne quis in Lasythi habitare, seminare seu animalia pascere posset, mox in Ducum Cretæ serie afferemus.

(78) Non longe a planitie Lasyti Septentrionem versus palus visitur amplissima pratis pascuisque circumdata, apud quam populus pastorum habitat lacte & caseo pauperrime in tuguriis, & speluncis vitam alentium. Ex campo Lasythi egressum duo tramites præbent inter angustias montium positi, per quos iter est ad Monasterium S. Maria de Cardiotissa nuncupatum. Magni nominis apud Græcos erat locus iste ob prodigiosam Deiparæ Virginis imaginem, quæ frequenti populorum cultu, & peculiari devotione in Ecclesia asservabatur ipsius Monasterii, in quo sexaginta circiter Græci Monachi institutum Sancti Basilii profitentes morabantur.

(79) Ambigit de hac asserta Minois justitia Strabo l. X. Geograph. primum enim Ephorum & Homerum affert Minois Regis laudatores, deinde subdit: *Antiqui vero de Minoe contra dicunt, tyrannum fuisse & violentum, & tributorum exactorem: tragice decantantes Minotaurum & Labyrinthum, & quæ Theseo atque Dædalo evenerunt.* Antiqui autem, quos Minois famæ detraxisse memorat Strabo, fuerunt præ ceteris Philostratus & Catullus, quorum primus in vita Apollonii lib. III. cap. VII. sic ait: *Minoem namque qui crudelitate omnes superavit, navibusque homines in ipso mari & ad mare habitantes subjugavit, justitiæ sceptro honorantes, jus dicentem animabus apud inferos constituunt.*

(80) Jovem (ut vocant) Asterium & Europam olim in urbe Gortyna peculiarem cultum habuisse refert Joannes Malala in Chronographia, quibus verosimiliter dicatum erat

Tem-

Templum illud magnificentiſſimum, cujus veſtigia ſe vidiſſe ſcribit Bondelmontius. In eo delubro dum anniverſaria ſacra Jovi Aſterio, & Europæ perageret Menelaus Spartæ Rex, nuntium accepit raptam ſibi fuiſſe a Paride uxorem Helenam. Hæc Malala: *In ipſo Paridis adventu in Spartam urbem expeditionem agitabat Menelaus una cum conſanguineis ſuis propediem ſoluturus in Cretam Inſulam, ut ibi ſacra Jovi & Europæ faceret in urbe Gortyna. Poſitum nempe hic in more ſibi habuit anniverſarium uti feſtum, & ſacrificia circa illud tempus quotannis inſtitueret Europæ in memoriam ..... Interim vero dum Cretæ commoraretur Menelaus Jovi Aſterio & Europæ ſacra peragens in urbe Gortyna, milites in Gortynam Cretæ miſtunt, qui Regi Menelao nunciarent raptam eſſe a Paride Helenam.*

(81) Titum diſcipulum Sancti Pauli Apoſtoli de ſtirpe Regis Minois prodiiſſe aſſerunt Menæa Græcorum, licet ipſe, ut ſcribit S. Joannes Chryſoſtomus, Corinthi ortum habuerit. Ab Apoſtolo Cretæ relictus, ut Presbyteros ordinaret, cum commiſſam ſibi Eccleſiam ſanctiſſime adminiſtraſſet Gortynæ migravit in Cœlum, & in ſua Cathedrali ſepultus fuit. Ejus corpus in fœda Agarenorum devaſtatione inter ruinas Templi & urbis obrutum & deperditum fuit, ſolo capite ſervato, quod in novæ Candacis Templo colebatur.

(82) Sancti Decem Martyres, qui in Creta ſub Decio Imperatore martyrium capite abſciſſo compleverunt, celebres fuerunt tam in Orientali, quam in Occidentali Eccleſia, in quarum Martyrologiis memorantur cum elogio ad diem 23. Decembris. De ipſis fuſius agemus in Eccleſia Gortynenſi.

(83) Labyrintum in Creta Dædali ſtudio extructum, & in Poetarum fabulis celebratiſſimum plurimi memorant etiam ex Hiſtoricis, quorum antiquiores apud Cnoſſum olim ædificatum fuiſſe ſcribunt: ſic Pauſanias in Atticis *Labyrinthum* enuntiat, *qui in urbe Cnoſſo erat*, & Philoſtratus in vita Apollonii lib. IV. cap. XI. *Ac cum appuliſſet Cnoſſum Labyrinthum quidem, qui ibi oſtenditur, & ut puto Minotaurum*

rum olim tenuit &c. Sic & Plutarchus Thesei gesta describens Labyrinthum prope Cnossum statuit his verbis: *Et descensione facta cursu Gnossum contendit, & conserta in porta Labyrinthi manu, Deucalionem ac satellites interfecit.* Labyrinthum hunc nihil aliud quam domum aut carcerem fuisse, ex superius citato Plutarcho didicisse affirmat Dominicus Niger Comment. X. Geograph. ita scribens: *Fuit haud procul a Gortyna locus ille apud Poetas celebratissimus, quem vocant Labyrinthum a Dædalo ædificatum ad Ægyptii exemplar, ut inquit Plinius, centesimam tantum portionem imitato, qui inter ambages occursusque, & recursus inexplicabiles continet. Labyrintum Philocorus apud Plutarchum carcerem fuisse affirmat, qui nihil aliud affert incommodi, nisi quod ex eo effugere, qui asservaretur, non posset, fuitque secundus ab Ægypsio.* Idipsum testatur Apollodorus lib. III. *Erat vero Labyrinthus, quem Dædalus ædificavit, domus, multiplicibus viarum flexibus exitum fallens.* Idcirco Labyrinthum vocat *tecta Gortynia* Claudianus in VI. Consul. Honorii

Quos neque semiferi Gortynia tecta juvenci,
Flumina nec crebro vincant Meandria flexu.

Notatu autem dignum est, non solum a Dominico Nigro *haud procul a Gortyna* collocari Labyrinthum, sed etiam a Claudiano *Gortynium* appellari, quamvis alibi in Epigram. ipsum ad Cnossum potius spectare innuerit:

Nec amati conscia Tauri, Cnossos.

Utcumque autem de Labyrinthi loco res se habeat, quem tamen potior scriptorum pars apud Cnossum statuit, certum compertumque habemus, Labyrinthum ipsum, sive domus, sive carcer fuerit, vel fluxu temporum, vel hominum opera periisse, cujus nulla vestigia suo ævo superfuisse testatur Plinius lib. XXXVI. cap. XIII. quin & Diodorus Siculus, qui Plinium ætate præcessit, ita de Labyrintho scribit: *Atqui Cretensis quidem* (Labyrinthus) *vel a Principe aliquo destructus, vel longinquitate temporis vitiatus intercidit.* Historicis viris fidem astruit Poeta clarissimus, Virgilius nempe, qui Labyrinthum

Cretæ obſcuris parietibus textum effert, veluti rem ex majorum traditione acceptam, ita enim canit lib. V. Ænead.

„ Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
„ Parietibus textum cœcis iter ancipitemque
„ Mille viis habuiſſe dolum, qua ſigna ſequendi
„ Falleret indeprenſus, & irremeabilis error.

Diverſam ab iis, quos enuntiavimus, ſcriptoribus ſententiam de Labyrinthi loco profert Joannes Malala in Chronographia; ſiquidem flexuoſum illum Labyrinthum, quem ad Ægyptii exemplar Dædalum includendo Minotauro erexiſſe cecinerunt Poetæ, ipſe Regionem fuiſſe ſcribit in Cretæ Regno abditiſſimam, in cujus ſpelunca ſe ſe abdidit Minotaurus Cretæ Rex, ut a victoris Theſei furore ſe eriperet: Hæc ſunt Malalæ verba: *Theſeus in Cretam adverſus Minotaurum*, qui Minoi in Cretenſi Regno ſucceſſerat, *proficiſcitur. Proceres autem cum exercitu toto, ſimulata fuga, Minotaurum, urbemque Gortynam deſeruerunt; Minotaurus vero proditionem ſentiens, & ipſe fugit in Labyrinthum regionem, ubi cum ad montem perveniſſet, ſpeluncam quamdam ſubintrans deliituit. Theſeus autem eum inſecutus, & a quodam edoctus, ubi latitavit, e latebris extractum ſtatim interfecit.*

Quamvis autem celeberrimi hujus ædificii, (ſi revera extructum unquam fuit) veſtigia ipſa & rudera adeo deleta attritaque fuerint, ut etiam antiqui authores de loco, ubi olim exurgebat, inter ſe diſſentiant, attamen Cretenſes inanis gloriæ ſtudioſi novum fictitiumque Labyrinthum ad radicem montis Idæ pro veteri illo oſtendunt, ipſumque eſſe illuſtre Dædali opus decantant, prout aſſerit Bondelmontius noſter, qui brevibus verbis ipſius implexas vias enuntiavit. Eſt autem Labyrinthus, qui Bondelmontii tempore oſtendebatur, & noſtro quoque ævo patens eſt, non ædificium tortuoſis implexisque invicem parietibus extructum, ſed ampliſſimum antrum humana arte in monte effoſſum, cujus mentionem habuit etiam Ethymologici author: *Labyrintus mons eſt in Creta Inſula ſpeluncam habens.* Hunc apte deſcripſit præ cæteris

teris ex Georgii Alexandri Arcadienſis Epiſcopi relatu Raphael Volaterranus Comment. lib. IX. *Mons eſt effoſus*, inquit, *ac undique* concavus, una tantum, & *anguſta via aditur. Dux loci peritus præcedit cum ardente funali inextricabilem errorem per tenebras monſtrando.* Eadem ferme profert Bellonius accuratus itinerum ſcriptor, qui Cretæ Inſulam curioſe & diligenter perluſtravit, cumque antrum præſens conſideraſſet, ipſum non Labyrinthum, ſed Lapidicinam fuiſſe pronuntiavit, eumque (ut refert etiam Ortellius ad tabulam Geographicam Cretæ) hoc modo expreſſit. *Locus eſt inter Gnoſſum, & Gortynam, qui cum olim ad lapides excidendos admodum idoneus videretur, indigenæ ejus loci Lapidicinam ibi conſtruxerunt; ex qua cum multi lapides in dies excinderentur, multa ſubterranea exciſa ſunt diverticula, ita ut cum quis per Lapidicinam incedit multos anfractus incurrat. Lesbo flumini vicinus eſt Pſeudolabyrinthus ille, in quem cum quispiam eſt ingreſſurus, neceſſe eſt eum e vicino pago ruſticos accerſere, ut cum candelis ingrediatur. Sed in ea tot veſpertiliones ſtabulantur, ut niſi quiſpiam ſibi ab eis caveat, dum advolant, alis faces extinguant.*

Fuſius Pſeudolabyrinthi hujus quem præſens luſtravit, & perambulavit, deſcriptionem edidit in ſuo Orientalis Itineris libro Pittonius de Tournefort, cujus verba Gallice exarata, hic in Latinum ſermonem verſa profero.

„ Viſum diſceſſimus Labyrinthum Kalendis Quintilibus
„ poſt faces cereas apud Archipresbyterum Pagi decem San-
„ ctorum confectas. Locus hic tam celebris nihil eſt aliud,
„ quam ſubterraneus trames (cujusmodi ſunt in urbibus viæ)
„ qui per ambages & tortuoſos anfractus & diverticula ad om-
„ nes partes ſine conſilio, aut ordine ullo diſpoſita percur-
„ rit omnem interius collem ad radices Idæ, qua meridiem
„ reſpicit, tribus a Gortyna diruta paſſuum millibus.

„ Labyrinthi ingreſſus non arte, ſed ipſa loci indole aper-
„ tus patet in latum ſeptem aut octo paſſus, ſed humilis
„ adeo, ut mediocris ſtaturæ homines, nonniſi caput & hu-

„ meros inclinando, ſubire poſſint. Introeuntibus ſolum ſter-
„ nitur aſperum, & inæquale, ſed latera & ſuperiores par-
„ tes nullibi acuminata ſaxorum capita, quæ proſtent,
„ oſtendunt. Coſtant quippe ſtratis lapidum horizontaliter
„ jacentibus. Antrum admodum ruſticum occurrit in pri-
„ mis. Facilis in illud eſt deſcenſus, ſed nihil continet no-
„ tatu dignum. Antro egreſſis, & progredientibus eſt il-
„ lico quod mirentur, inextricabiles enim viarum flexus &
„ reflexus inveniunt, ex quibus, qui trames eſt præcipuus
„ & minus doloſus, per longitudinem paſſuum mille & du-
„ centorum ad usque labyrinthi fundum definit in amplas
„ duas elegantesque aulas, in quibus libenter advenæ con-
„ quieſcunt. Quamquam ad extremum caput trames hic
„ curvetur, ac torqueatur, non eſt tamen hæc Labyrinthi
„ pars periculoſa, illa enim potius eſt, quæ in ingreſſu eſt
„ obvia ad finiſtrum latus, triginta circiter paſſibus ab an-
„ tro, quod memoravimus. Si aliam quis ineat viam, poſt
„ longum iter errabit inter implexos Mæandros, a quibus
„ nonniſi cum vitæ diſcrimine pedem referet. Tenuere igi-
„ tur, qui nobis Duces erant, tramitem illum præcipuum
„ nusquam dextrorſum, aut finiſtrorſum flectentes. Percur-
„ rimus mille centum ſexaginta paſſus omnino ipſos. Sub-
„ terranei hujus tramitis altitudo ad ſeptem, aut octo pedes
„ attollitur, ſuperna vero pars ſtratis lapideis conſtat hori-
„ zontalibus nec aſperis, cujusmodi etiam ſunt pleraque ſtra-
„ ta lapidea in hac regione. Alicubi tamen neceſſe eſt caput
„ inclinare. Poſt ſexcentos circiter ab ingreſſu paſſus ad an-
„ guſtas adeo fauces devenitur, ut reptare manibus pedibus-
„ que neceſſe ſit ad evadendum. Cæterum tres ſimul ince-
„ dentes homines, exceptis hiſce anguſtiis, trames præcipuus
„ recipit. Pavimentum in illo æquale eſt, nullibi aſcenſus
„ aut deſcenſus paullo moleſtior. Parietes prorſus ad per-
„ pendiculum aut ſcalpro exciſi, aut lapidibus viam inter-
„ rumpentibus nimioque ſtudio ad latera erectis conſtructi
„ viſuntur; ſed oculis circumſpectantibus tot numero cal-

les

„ les ſe ſe exhibent, ut recte ſeligere, & inde exire magna
„ ſolum adhibita diligentia poſſit.

„ ---- Hac adhibita diligentia facile fuit nobis e Labyrin-
„ tho evadere, ſed ejus ſtructuram attentius conſiderantibus
„ in eam unanimiter ſententiam venimus, incredibile pror-
„ ſus eſſe Lapidicinam hic fuiſſe olim, unde lapides fecti ſint
„ ad Gortynam & Cnoſſum ædificandas, ut Bellonius aliique
„ recentiores cenſuerunt. Quis enim veroſimile dicat quæſi-
„ tos lapides ab extremo recondito ſinu ſubterranei ductus ad
„ mille & amplius paſſus porrecti, & flexuoſis viarum amba-
„ gibus interfecti, ubi vitæ diſcrimen altero quoque paſſu
„ occurrat? Quonam, quæſo, pacto lapides avehere per angu-
„ ſtum illum meatum, ubi manibus & pedibus reptare ne-
„ ceſſum diximus? atqui paſſus ſupra centum tenet. Præterea
„ mons ipſe rudis adeo, & præceps eſt, ut ægre admodum
„ liceat equitantibus aſcendere.

„ Fruſtra quæſivimus veſtigia a plauſtris relicta, quorum
„ meminit Bellonius. Etiamſi apparerent, nonne oportuit ad
„ dilatandas vias fruſta lapidum avulſa aſportare? Animad-
„ vertendum eſt etiam lapides Labyrinti nec duros eſſe, nec
„ ad venuſtatem ædibus conciliandam idoneos. Subalbicantes,
„ & fœdi ſunt iisque ſimiles quibus montes abundant, ad
„ quorum radices ſurgebat Gortyna. ---- Multo igitur veri
„ eſt ſimilius Labyrinthum fuiſſe natura ipſa loci ita com-
„ paratum, quem deinde hominibus curioſa ſectantibus pla-
„ cuit pervium reddere partes nimium anguſtas dilatando.---
„ Cretenſes priſci, qui elegantiſſimis fuere moribus, & amœ-
„ nioribus artibus quam maxime perpoliti opus hoc, quod
„ natura adumbraverat, perficere ſtuduerunt. Paſtores, ut
„ credo, inventis hiſce ſubterraneis ductibus rem enarrando,
„ potentioribus viris ſtimulos admoverunt, ut Labyrinthum
„ hunc prorſus mirabilem efformarent, qui aſyli loco eſſet
„ familiis bene multis per eas bellorum civilium ætates,
„ vel ſub Tyrannide aliqua, quamvis nunc temporis non
„ ſit niſi veſpertilionibus ſtatio.

Hacte-

Hactenus Tournefortius, ad cujus ſententiam confirmandam non vacat Burnetii & aliorum Syſtemata afferre, in quibus globi terraquei poſt Diluvium conformatio & mutatio mirifice explicat, quonam pacto prima, ut ita dicam, Labyrinthi lineamenta natura ipſa ordita ſit. Quocumque autem modo vel ratione ſubterraneus hic Labyrinthus effoſus fuerit, Bellonium mendacii injuria arguit Tournefortius, quod ſe plauſtrorum ſigna in antri pavimento impreſſa vidiſſe ſcripſerit. Hæc ſuo quoque ævo adhuc extaſſe, teſtatus eſt in ſuo ms. rerum Cretenſium Chronico Andreas Cornelius Venetus in Cretenſi Colonia Nobilis, qui cum antiquas Gortynæ columnas cum hujus antri marmoribus comparaſſet, mœnia civitatis a Ptolemæo Philopatore ex ipſius cavernæ lapidibus, ædificata fuiſſe pronuntiavit. Hæc ſunt accurati Chronologi verba. *Eſſendo le grotte, le quali Rafael Volaterrano ſi laſciò perſuadere eſſere il Labirinto, vicine a Gortina, come egli ſteſſo confeſſa, e non a Gnoſſo, non poſſono eſſer Grotte del Labirinto, ſapendoſi certo, ch'egli era appreſſo a Gnoſſo, e non a Gortina, e quella è una Cava che da Tolomeo Filopatore vi fu fatta, d' onde ei traſſe le pietre per fabricare le mure di Gortina, che dieci miglia di ſpatio circondavano.*

Del che ſenza altri molti indizj e teſtimonj ne fa ampia fede la ſomiglianza, che hanno le colonne & pietre delle mura di Gortina, gli cui veſtigii ancora ſi vedono con quelle dell' iſteſſa cava, nella quale li ſegni delle Ruote delli Carri, che conduſſero fuori le pietre, ancora ſi ſcorgono. Quæ in latinum verſa ſic ſonant.

Quum antra, quæ Raphael Volaterranus alieno ductu antiquum Labyrinthum eſſe perſuaſiſſimum habuit, Gortynæ proxima ſint, ut ipſe fatetur, non autem Cnoſſo, profecto ipſius Labyrinthi antra omnino eſſe nequeunt, certum enim compertumque habemus Cretenſem Labyrinthum Cnoſſo finitimum fuiſſe, non vero Gortynæ; antra autem hæc Ptolemæi Philopatoris juſſu effoſſa fuerunt, ut marmora inde eruerentur

rentur ad ædificanda Gortynæ mœnia in decem mille paſſuum longitudinem protenſa. Et quidem rei huic, præter alia bene multa inditia, & teſtimonia fidem adſtruunt columnæ & petræ murorum Gortynæ, quorum veſtigia adhuc viſuntur, ſimilitudinem enim oſtendunt marmorum cavernæ hujus, in qua ad noſtra usque tempora conſpiciuntur ſigna Plauſtrorum ibidem pro educendis petris olim percurrentium.

Conſonant ea, quæ in mox afferendo Cretæ alio tractatu ſcripſerat antea Bondelmontius utriusque, ut reor, tractatus author, qui cum aſſertum hunc labyrinthum deſcripſiſſet, poſtea addidit: *Tu qui cuncta ſcis Nicolae, non eſſe hunc, quem homines tenent laberintum, bene exiſtimare debes, quia lapis ab iſto monte extractus lapidi antiquæ Urbis ſimilatur, & ſicut per diverſas partes hujus Inſulæ antra atque hujusmodi lapidorum venæ ſubterraneæ reperiuntur infinitæ, per totam hanc Inſulam artificioſum atque ab authoribus nominatum laberintum quæſivi, & nusquam inveni. Delituit Theſeus autem cum inſecutus, & a quodam edoctus, ubi latitavit, e latebris extractum ſtatim interfecit.*

(84) Aves noctuas in Creta Inſula neque naſci, neque vivere poſſe ſcripſerunt multi ex antiquis, ex quibus Antigonus Caryſtius Hiſt. Mir. cap. X. *In ſolo Coronico agro*, ait, *animal illud non naſcitur, ac ſi importetur, moritur, ſicut & in Creta noctuæ.* Ælianus quoque in Hiſt. animal. lib. V. cap. II. idipſum ex aliorum relatu aſſerit. *In Creta noctuam omnino nullam naſci ajunt, & ſi aliunde importetur, mori.* Ita & Julius Solinus Polyhiſtor cap. XVI. *Avem noctuam Creta non habet, & ſi invehatur, emoritur*, & Iſid. lib. XII. cap. VII. *Noctuam Inſula Cretenſis non habet, & ſi veniat aliunde, ſtatim moritur.* Ita & Plinius lib. X. *Sed in receſſu avium & noctuæ paucis diebus latere traduntur: quarum genus in Creta inſula non eſt: etiam ſi qua invecta ſit, emoritur.* Quamvis autem noctuas Cretenſi regioni denegaverit natura, veſpertiliones tamen liberaliſſime conceſſit, ex

quibus

quibus *magnam multitudinem ubique eſſe* refert Bondelmontius, & Petrus Bellonius ſuperius memoratus &c.

(85) Urbis Cnoſos Epiſcopus fuit Sanctus Pynitus de quo ſuo loco dicemus, cujusque nomen a Bondelmontio, vel potius ab ipſius amanuenſi corrupte ſcriptum legimus.

(86) Locus *Santa Croce* in Neotericorum tabulis nuncupatus viſitur ad radicem montis poſitus; quod autem ibi fuerit Saturni Templum id a Bondelmontio addiſcimus, cujus aſſertio ex indigenarum relatu prodiit. Nullum in Creta Saturno dicatum delubrum memorant ſcriptores, Cretenſes tamen certum exploratumque eſt liberorum ſuorum immolationibus Saturnum placare conſueviſſe, ut legimus in Sancto Athanaſio contra Gentes, & Porphyrius de Abſt. lib. II. Licet autem nefariis adeo holocauſtis Saturnus a Cretenſibus coleretur, attamen in propria Inſula pro Saturnalibus feſtis (teſte Dempſtero in antiqu. Romanis lib. II. cap. IX.) Mercurialia celebrabant: *vigebat enim tunc illa Inſula plurimum mercatorum frequentia, ut ex Diogene Laertio notavit Joan. Brodæus, eſtque Epigramma Nicarchi* lib. II. Anthol. cap. 47. Epigr. 35. Feſta hæc Hermæa vocabatur, atque in hoc cum Saturnalibus ludis conveniebant, quod ſicuti apud Romanos & Athenienſes per Saturnalia feſta ſervi cum Dominis pari honore epulabantur, ita in Hermæis Cretenſibus Domini ſervis menſæ accumbentibus miniſtrabant, ut notat Cariſtius in Hiſtor. Comment. apud Athenæum lib. 14. cap. 17.

(87) Celebres fuerunt choreæ & ſaltationes Cretenſium, qui (ut ſcribit Aulus Gellius Noct. Attic. lib. I. cap. XI.) prælia etiam ingrediebantur *præcinente ac præmoderante cithara greſſibus*. Haſce Cretenſium armatas ſaltationes referunt Diodorus Siculus lib. V. Dionyſius Halicarnaſſæus lib. VII. & Plinius qui l. VII. c. LVI. aſſerit *ſaltationem armatam* primos omnium *Cretas docuiſſe, ſicut & Pyrrichen Pyrrhus utrumque in Creta;* cujus Pyrrichæ ſaltationis mentio eſt in Apulejo L. X. Aſini. Licet autem Plinius aſſerat a Pyrrho Neoptolemo dicto,

ſto, qui fuit Achillis filius, Pyrricham decurſionem inventam fuiſſe, tamen Marius Plotius antiquiſſimus Grammaticus apud Jacobum Cujacium lib. 13. Obſerv. cap. 10. & Nicolaus Damaſcenus vetuſtiſſimus author lib. de moribus Gentium apud Joann. Stobæum ſermone 42. referunt ſaltationes Pyrrichas initium a Pyrro ſeu Pyrricho quodam Cydoniate habuiſſe. Hæc ſunt citati Nicolai verba apud Stobæum ſic in Latinum verſa a Conrado Gesnero: *Cretenſium pueri ſimul congregantur, educanturque duriter, venationes acclives pedibus nudis conficiunt, & pyrricham in armis ſaltant, quam primus invenit Pyrrichus quidam Cydoniates Cretenſis genere.* Alias etiam Cretenſium diverſas ſaltationes memorant Athenæus l. IV. Euſtathius, Lucianus, Libanius & alii, ad quas exercendas Rhytmis Creticis, (ut refert Strabo in Geogr.) uti conſueverunt. Plurima de ſaltationibus, & de viris ſaltandi peritia apud Cretenſes laudatis affert Meurſius in ſuo de Creta Tractatu. Pyrrhicas ſaltationes apud incolas Alborum Montium, quos modo montes *de la Sfachia*, in uſu eſſe aſſerit in ſuo Orientali itinere Tournefortius Epiſt. 1. in qua populos ipſorum montium fortiſſimos viros eſſe aſſerit, & in jaciendis ſagittis peritiſſimos.

(88) De loco Margarites nuncupato ſeditioſorum & rebellium incolatu infami, alibi occurret mentio, ubi ipſum a Venetis everſum deſolatumque dicemus.

(89) De Græcis, qui poſt diſperſum ſeditioſorum exercitum, ad montes confugerant, & oblatam ſibi a Venetis clementiam & veniam reſpuerant, ſcripſit Senatus Venetus anno 1368. in epiſtola ad Urbanum V. Pontificem data hoc modo: *Recuperatis cunctis civitatibus, & fortaliitis Inſulæ quoscumque redeuntes miſericorditer ad gratiam duximus admittendos. Aliqui tamen Latini, ſed pauci cum Græcorum multitudine ſe reduxerunt ad montes, quorum etiam Latinorum & Græcorum non parva pars ad noſtram poſtea obedientiam redierunt, adeo quod de Latinis cum reliquis Græcis non ſuperſunt niſi duo, unde tota perfidia in ipſis Græcis remanſit.*

(90) Mellipotamenſis Epiſcopatus prope montes poſitus, adeo ab Inſulanis Græci ritus & quidem ſchismatici infeſtabatur per ea tempora, in quibus ſcribebat Bondelmontius, ut in ſua ſede Epiſcopus neque permanere poſſet, neque ſuæ menſæ debitos proventus colligere. Quapropter Martinus V. anno 1418. Epiſcopo Mellipotamenſi Bertramino Ordinis Minorum indulſit, ut in aliquo ſui Ordinis conventu provinciæ Januenſis habitare poſſet, *dum in ſuo Epiſcopatu ab infidelibus* (ii erant Græci ſchismatici) *occupato reſidere non liceret.*

(91) Unde hæc hauſerit Bondelmontius, me latet; fortaſſe hoc illi retulerunt incolæ genus ſuum alta ab origine jactabundi ducentes. De colonia virorum Nobilium e Conſtantinopolitana civitate Cretam adducta, hæc refert ſuperius laudatus Andreas Cornelio in ſuo ms. Chronico Rerum Cretenſium. " Così ſottomeſſa egli (Nicephorus Phoca) e „ pacificata l' Iſola, che per anni cento quarantaduo era „ ſtata occupata, e ſignoreggiata da' Barbari, la fece habi„ tare, e vi laſciò in forma di Colonia per maggior ſicu„ rezza dell' Iſola Famiglie Nobili Coſtantinopolitane dell' „ Ordine Senatorio, cioè li Armeni, li Caleteri, li Anato„ lici, li Curgiacii, che vuol dire Saturnini detti Cortaci, „ li Veſpaſiani detti Meliſſini, li Ligni detti Suttili, li Pa„ niniani detti Ulaſti, li Romuli detti Claudi, li Aliati det„ ti Scordili, li Colorieſi detti Coleini, li Orſini detti Ar„ culedi, e li Foca del ſangue del medeſimo Niceforo Fo„ ca, che da queſti Foca ebbe origine la Caſa Calergi.

(92) Cortacii, Meliſſini, Ulaſti, Scordilli memorantur ſæpe ſæpius a Venetis Hiſtoricis, eo quia rebellionum vel authores, vel fautores peſſimi fuerunt. Ex gente Chortacia prodiit Meletius Chortacius Archiepiſcopus Philadelphienſis, qui Venetiis in Sancti Georgii Græcorum Eccleſia ſacris præfuit, ibique morum probitate, & doctrinæ præſtantia laudatiſſimus obiit anno 1675. cujus mentio eſt in Eccl. Venetis Illuſtr. Tom. XII. pag. 366. & apud Papad. in Hiſt. Gymn. Pat. Tom. II. p. 306. (93)

(93) Sepulcra hæc, ex traditione acceptum eſt, fuiſſe quinque Virginum, quæ ſub quodam Rege Tyranno martyrii coronam meruerunt. Fuſius de ipſis ſepulcris deque ipſis adnexa Eccleſia dicemus in calce Eccleſiæ Latinæ Rethimenſis poſt illuſtratos ejusdem Urbis Epiſcopos.

Superius allatum Bondelmontii tractatum, cujus exemplum, uti diximus, e Murianenſi Sancti Michaelis Monaſterio depromptum fuit, jam notis illuſtraveram, cum mihi documenta ad Cretæ Regnum ſpectantia undique requirenti Florentia advenit alius ejusdem generis tractatus ex codice ms. tranſumptus, qui num. 42. ſignatus aſſervatur in Pluteo XVIIII. Bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ. Nomen authoris ex opuſculo minime quidem innoteſcit, attamen opuſculum ex Chriſtophori Bondelmontii calamo prodiiſſe haud obſcure arguitur tum ex rerum concordantia, & male compti ſermonis ſimilitudine, tum quia author Florentinum ſe prodit, *Noſtrum Arnum*, *noſtram Florentiam* nominans, & Sacerdotem ſe eſſe oſtendit, ubi ſcribit ſe in nonnullis Cretenſis Inſulæ ſacris locis in animarum devotionem miſſam celebraſſe.

Non itaque a vero abluderet, qui Bondelmontium aſſereret priorem tractatum Jordano Card. Urſino inſcriptum in ipſis ſui regreſſus diebus, prout erat ex itinere feſſus preſſiori calamo concinnaſſe, mox deinde cum ex reſtituta quiete animum recreaſſet, deſcriptionem Inſulæ fuſiori ſermone exaraſſe, quam amico ſuo, cui nomen Nicolaus, inſcriptam voluit. Una igitur eademque eſt in utroque tractatu locorum ſeries, & rerum ſubſtantia, ac etiam par primorum amanuenſium in exſcribendo inſcitia; at non paucæ in ſecundo inſertæ leguntur enarratiunculæ, quarum quidem potior pars commentum magis referunt, quam hiſtoriam: facilis enim ſcriptor ex cujuscumque Græculi relatu multa hauſit, quæ maxima indigent caſtigatione.

Quamvis autem priorem tractatum vulgare ſtatuerim, ne genuinum certumque Bondelmontii opus reſpuerem, attamen

& posteriorem hunc erroribus licet mendisque, ut e Florentia accepi, scatentem, in lucem proferre haud inutile arbitror, cum in eo non pauca reperiantur, quæ eruditi lectoris curiositati arridere posse videantur.

Sed illud in primis fortasse quæri posset, quis fuerit scilicet Nicolaus iste, cui ab authore missa fusior hæc Cretæ descriptio; & quidem, si conjecturis locus esset, hunc esse dicerem Nicolaum Nicoli Florentinum, qui (ut autumat celeberrimus Antonius Magliabecchius a P. Nigro in hist. Script. Florent. p. 424. citatus) idem est cum Nicolao Falcuccio ex eruditioribus sæculi XV. viris arctissima cum Laurentio, & Cosmo Mediceis, Ambrosio Camaldulensi, Alberto de Sarchiano, Marsilio Ficino aliis clarissimis scriptoribus amicitia conjunctus, ut ex ipsorum Epistolis clare elucescit. Vir erat hic multiplici eruditione ornatus, ut innuunt verba in mox afferendo tractatu exarata: *Tu qui cuncta scis Nicolae* : sed præcipue in Cosmographia instructus, quod scientiæ genus in ipso eluxisse scribit supracitatus Niger; quapropter haud a vero abludet, qui dicat, ei idcirco a concive suo Candiæ Insulæ descriptionem missam fuisse. Id autem probabilius esse videtur ex eo, quod nullus alius Bondelmontii ævo floruerit (quod sciam) eruditus vir Nicolaus nomine, si unum excipias Nicolaum Michelotium, Nicolao Falcuccio doctrinæ & eruditionis fama longe minorem.

DESCRI-

DESCRIPTIO
INSULAE CANDIAE.

CUM per altam olim Saturni Inſulam longam gererem inquiſitionem & nullum antiquorum Poetarum dictum invenirem, quod animo tuo mi Nicolae poſſim ſermone explicare ; Vehementer ob hoc in admiratione deveni, quoniam ſi dicta ipſorum vera ad plenum exiſtimamus, omnia ab hac regione ob temporis longitudinem receſſerunt, & tanquam antiqua membrana deleta, qua non poſſint homines veſtigium agnoſcere literarum obruta videntur ; Veniat igitur pietas talem omnibus Inſulam admirantibus ipſamque colentibus ſine lætitia filios aliisque doloſe non pareant, qui ſine antiquis dignitatibus in tali Inſula ſunt procreati ; quis enim Calamus poterit explicare quantus me dolor perculerit ? quantisque ſim mœſtitiis obvolutus, dum in meo animo hæ ruinæ revolvuntur ? Sed tandem dum viſerem Inſulæ partes omniaque in libro mei cordis referarem paulo minus ſui quin cuncta ſine cultu graffie (*graphiæ ſeu graphice*) dimicterem & ab inceptis deviarem ? ut ad tuæ mentis conſpectum per me hujus Inſulæ deſolatio non penitus perveniret : Heu quid agam memet pluries dixi, aut quid conſilii captem te Virginis Sancte Conſule precor cum ſit durum mortalibus, atque meſtiſſimum valde animis ægrotis præterita eximia rememorare. Repetam nunc imbecilla ea, quæ olim magna ſuo triumphali curru ſplendidiſſimo curſu ſuis radiis rutulabant ? Ubi numerum Civitatum antiquarum per multos eximios Poetas narratum inveniam ? Ubi Templa ? Ubi liniamenta eximia perferam ? quæ tam ſublimia, quam infima ad nihilum devenerunt. Quapropter honeſtius foret has ſilere, quam ſcribere ruinas. Porro dum meus animus de talibus in dubio erat parvoque momento huc illuc impellebatur meam in mentem de tali tractamine

ne tua exortatio pervenit, quia quando tempus mihi conferet tibi Florentiam mictere non tardarem. Faciam denique licet mea non ſuppetat facultas, adjuvabit tamen pure caritatis effectus quem in te ſemper habui, opitulabitur ipſa gratia divina, in qua mihi ſemper ſpes eſt. Igitur attende precor, nam quam brevius potui omnia tibi, & videre volentibus hac in ſcriptura declaravi. Reſummam nunc mi Nicolae generales hujus Inſulæ diviſiones cum eam pelagis amplectentibus, ut facilius omniaque dixero luciusque ſint tuo in animo capienda. Eſt enim hæc Inſula Cretæ in medio Mediterranei maris poſita fereque ab omnibus partibus montium circumdata, & a ventis undique agitata. De Oriente ad Occidentem treginta & ducenta milliaria in longitudinem, & quinque & quatraginta in latitudinem ad plus diſtare videtur. Ad Orientem Carphacium Inſulam, cui Samonem proſpectat promontorium: ad Occidentem Adriaticum & Coricem promontorium, ad Meridiem Punicum, ad Septentrionem Creticum, hæc Inſula terminatur: Fuit autem appellata antiquiſſimis temporibus Nyſon, deinde filius Nebrot nomine Cretus de ſe huic Inſulæ nomen dedit, vel quia Terra hujus Regionis ad modum Cretæ tenax & alba eſt, de ſe nominatur. Habuit enim centum inter Civitates & oppida, hodie vero ad tres tantum hoſpitata remanet, nomina quarum omnia tibi prius enumerabo, deinde ad ſpetialem cujusque ipſarum quam brevius & aptius potero diligenter declarabo. Igitur de Oriente ad Occidentem per litus auſtralem hæc fuerunt in generali Civitates & Oppida videlicet; Yrapolis, Cheratus, Inatoſpolis, Pergamea, Lapſa, Matalia, Piriotiſa, Suveta, Nichiton, Sfichium, Polirenia, Penix, Phenix, Inacorium, Liſus, Pecilaſium, Tarba. Deinde per Septentrionalem plagam has enumerabis; videl. Coricem, Chiſſamoſpolim, Dictanum, Chidoniam, Minoam, Bicornum, Rythimnam, Milopotamum, Pannonam, Pantomatrion, Dion, Ghandacum, Philopolim, Carapinnam, Clatum, Cherſoneſum, Co-

ſo-

ſo-Olopixopolim, Panormum, Citeum, Sercopolim, Settiam. Denique per medium Inſulæ vergens hæc nuncupantur: Camara, Olus, Cherſoneſus, Artacina, Mirina, Pidiata, Bonifacium, Chittima, Gortina, Chenurio Caſtro Temminos, Gnoſia, Gaſi, Laſos, Leftine, Apteriapolis, Holarna. Venit in hanc Inſulam Dominus ille Saturnus potentiſſimus & ſagacitate plenus, qui ab Uranio Patre ſatus, omnes dixerunt: quem Celum a Saturno nominatum & Veſtis, quæ terra dicitur eum in utero portavit; ab hac autem mutatione nominum fulgorem ſuæ originis ampliavit, ipſe primus Era ſignavit & nomen ipſius appoſuit. Ignaros Arva colere docuit. Semina Agris imponere atque colligere ordinavit, ad ſui laudem Aram condidit ſacraque inſtituit, quæ Saturnia appellavit; Cibelem ſuam Sororem ſacro copulavit connubio, & ex ea plures ſuſceptos ſcripſere filios quos ajunt omnes devoraſſe & Jovem ſervatum uxoris fraude clam in Ydeum montem nutriendum miſit, qui cum regnaret & potens factus Patrem ſuum de Regno expulit, Junonemque ſuam ſororem in uxorem accepit, multa grandia illicitaque exercuit, quæ omnia hic ponere ſuperfluum videretur, etſi dicenda ſunt aliqua de eo & dominantibus olim, & nunc huic Inſulæ in ſecunda tertiaque parte hujus deſcriptionis, clare & ſuccinte declarabo. De Samone primo usque arenoſum planum montes Melliſſas nutrientes ſunt. De Yrapolis usque Mirinam fere immeabiles & altiſſimos invenies montes. De Pidiata usque Gaſum, amenos, ut plurimum & infimos monticulos reperies, quos in nobiliſſimis Vineis abundare delectant. De Gnoſia usque Coricem primum per rectam lineam Celum montes tangere videntur. Et latere auſtrali infinitam multitudinem videbis Cupreſſorum: A Septentrionali planities ac flumina proſpicere curabis. Ergo placet in tribus dividere partibus, quarum prima a Zephiro primo (*forſaſſe promontorio*) per litus auſtralem, usque promontorium Ermeum; Secunda autem a Corici promontorio per Septentrionalem litus usque

hyra-

hyracleum Portus; Tertia denique a Camara per medium Insulæ pergens usque Holarvam, tales erunt distintiones, & quia non vestigium, neque inditium reliquarum Civitatum reperio, in arbitrium Poetarum nominari dimicto, igitur nostrum incœptum ob tui amorem persequamur. Et sicut supra a Zephiro primo ordinatum est narrare incipiamus.

Inprimis Zephirum versus Damiatam prospectantem primum vidi in summitate, cujus non spissum Zappinorum videre curabis, quo coram Insula quedam Christiana nomine Gaidaronisumque plana & fere inculta pulcraque olim cum Calojeris jacet, in quo Arbores vernicio, atque hebanorum multitudinem producere facit, ibique ovium multitudines ad modum infantes vagitum in nocte mictentes inveni, quæ pullos suos albos velud Columbos infra erbas insolubiles ad funes fabricandas nutrire laborant, deinde Myrapolim, quæ hodie Ghyrapetram velum ligare curavi terramque pedibus circum calcare affectamus, quæ in maris litore erat hedificata cum copia hedificiorumque columpnarum maxima. Portum amplissimum procuramus, quem propter vetustatem atque austri maris fluctuationem totum repletum aspexi, & ab agricolis de Portu nobili agrum fertile possidetur: Heu hædificiaque Templa immensa infra ingentem ambitum connumeravi, atque sparsa busta Ydolorum avidissime prænotavi. Linquimus infinita sub tali planicie rura cum amenis viridariis circumcirca, donec Ampelam primum non nimis elevatum nostra abrasit navis, quo per in amenas semitas campum Omalum intravi, quem nemo aratro audet hodie laniare, a Celo aquæ venientes circa medium coadunantur, & per strenuissimum rivolum dimissa gregum multitudine in mare prorumpunt. Petimus deinde hostium impetuosi terribilisque Anapodaris fluminis, qui per amplas planities fluens, cum magno impetu altissimos dividit montes, atque violentus in mare devenit. Ubi sic aspicio supra verticem Cheraton oppidum olim in sublimi parte minatur, multi hoc flumen cernentes in plano non

de

de campis, ſed de montibus judicant emanare, & ideo nomen demonſtrationi videtur. In heritreum primum venimus quod multas ruſticorum Caſas cum amenis paſcuis fertiliſſime gubernat, cujus accolæ noſtram cum lætitia commeſtibilium ratem honerarunt.

Sublimisque magnus a longe ille Aries mons, & primum qui hodie Gabellum appellant barbarum litus cum alta fronte proſpectat, altamque Cretam nautis atque avibus a longe non ceſſat indicare, huc falcones feſſi portum applicant quos ſine labore ruſtici capere curant, ubi non parvum Mercatorum genus per Mundi partes transferre fatigat, Naves dum Veneti per altum Ægiptiacum, atque barbarum mare inſurgunt in hunc Portum intrare delectant, in quo Nicolaus Sanctus ſuamque Domum per ſecula ſtudet gubernare; hic olim Anatoſpolim Civitatem invenies, quæ jam ſuum ammiſit veſtigium niſi ex muris coctilibus Templa ampla cernere poſſis, non marmorum copiam hic reperies, ſed fundamenta ymmanium ſaxorum fabricata laudavi. Dum denique a ripis montibusque noſtram elongamus Navem, promontorium cum Pergamea olim vidimus Civitatem, quam dum in proclive ejus aſpicimus parvam & ſine portu eam extimamus, atque circumcirca omnia ædificiorum genera ſub radicibus arborum conculcata videmus.

Talia cernentem, & Septentrionem verſus aſpicientem montem Yeronhoron, hoc eſt ſacrum montem elevatum vidimus, qui ab Eritreo primo usque Mathaliam Civitatem protenditur, & a mare auſtrali usque campum maximum per amplum terminatur, in quo non pauca Monaſteria Virorum Mulierumque colere invenimus ritu, hujus in radicibus fontes & rura videbis atque egas virentibus locis cum armentis indoctis: Accolæ gaudent omnia pinguia videntes & ſæpe turmas invadere curant; Deſcendo ad Portum nomine, cujus hodie Calolimiona dicitur, quo coram ſcopuli adjacent, qui nullam ratem ledere a ventis dimictunt, & circumcirca ampliſſimas domus jam proſternatas inveni. Erat

prope in parte ſublimi Civitas non magna lapſea, quæ a præruptis montibus eſt coronata, atque ab eminenti latere ſub columnis Templum videbatur adſtare.

Omnes denique poſtquam hanc ſcrutavimus olim Urbem a rupibus, & per longos ſcopuloſosque lapidum yatus ad Leonem primum devenimus, quod effigiem talis animalis procul aperte demonſtrat, in quo falcones tuti filios ſub tali forma nutrire delectant, juxta quod Mathaliam Portumque avidi ſubimus donec a prora ductor cæpit firmare rudentes; Devenimus ad litus & per devia Mathaliam olim totam luſtravimus eam. Cognovi Templi ruinas, ubi ex Muſaico pavimentum immaculatum plane videtur. Heu mi Nicolae reſpice ſubterraneas ex lapidibus tumbas, & delicatas Ymagines ſculptas; Tegunt edificia prata & ampla ſine ordine marmora jacent, aſpice inciſa juxta mare vivaria, in quibus per ſubtiles meatus aqua gurgitis poterat evagare; Si montem cupis, habes, ſi planum lineum flumen ipſum tibi indicare curabit, in quo Navem diligenter ligare cepimus ſotios ſine cura dimicto & indeſolatam ſaxorum me confero molem, reſpicio procuro omnia, donec vaſtum Templum in campo videtur, voco Bubulcum, qui me cuncta precibus indicavit, heus, o mi frater quid hoc eſt pande precor, ille mihi ſtatim talia dixit, videsne non magnum letheum flumen, quod ab Yleo monte emanare non ceſſat, & in lineum fluvium ſuum perdit nomen. In litore hujus Hermiona filia Martis & Veneris, atque Cadmi Uxor oblita eſt, qui deinde Templum hoc venerabile ad honorem Dianæ conſtruxere, quo niſi nudo pede nulli intrare licebat. Nunc & quandoque ob caloris fervorem gregem meum ſub amplis iſtis marginibus Templi facio recreare; Vides etiam prope ad dexteram hanc Silva fertiliſſima & ampla eſt, quæ non tantum diverſarum arborum fructificantium plena, ſed holeaſtrum habundantiſſimam proſpectabis. Deceſſi denique finitis ab eo verbis & ad Navem prope Piriotiſſam Oppidum properus me contuli, ubi accin-

tus

tus viam mirabatur vetula quædam rigosa nimis astutaque valde sic locuta est, heu Filioli precor hinc habite cito, heu renosam fugite terram jam temporibus antiquis desolatam, quia postquam sospiter hanc aquam piscesque hujus gustaverint litoris, brevi tempore vitam evadere non poterit, ubi tunc talia audimus delinquimus litus remosque figentes studere curamus, maledicimus locum & a colentibus distare affectamus.

Facto fine verbis in ripam ab alto olim Succetam invenimus urbem, quæ hodie Calenum secundum Calorei ibi in Monasterio habitantes appellant, qui conductum procul descendentem columnasque omnium colorum lapidum demonstrarunt, hæc sine Portu flumini adhærebat, quæ non multum cataracte fluvio distabat, qui per montes altissimos fluens in Mare impetuose devenit. Accedimus ultra & altas retro dimictimus ripas donec in Electinum fluvium frigidissimum intrare curamus. Implemus liei crateras carnesque cum verubus ad prunas rotare curamus, pars in enea ponunt aliique ab alto non cessant scindere ligna, dimicto sotios dum cererem lacerare curant baccumque leti linsare congaudent, & ad excelsum transcurro locum, quem totum circumcirca incultum & a rupibus plenum inveni, nisi arenosum juxta mare videtur, resedimus in nocte omnes donec dies lucidissima venit, in qua non longum iter ante accessimus, quod Pacximadi Insula a leva manifestatur, & ut dicitur carcer Ycari atque Dædali fuit, & quousque hodie muralia carceris manifestant. Ad dexteram lapidosum atque aridum saluto primum quo peracto in colpo quodam devenio, in quo Nichitum secundum aspexi, ad aliud deinde cornu fini hujus me contuli, in quo Sfichium vetustissimum inter alias Civitates reperi, quam ut eam vidi non modicum conlacrimavi hunc desolatum videre locum, heu quid miseri mortales curant moles instruere magnas, aut quid coadunare student marmorea erigere saxa, transeunt in nichilum & tanquam fama, quæ in una labitur hora: Rustici

ſine meniis partem illius occupant, qui nunquam ex ariditate montium ſeminant, ſed ex arte Cupreſſorum tabularum atque caprarum multitudine vivunt. Sunt aſperi in bello in montibusque velociſſimi, & usque ad X. & Centum annos ſilveſtras non ceſſant per montibus aſperis invadere capras. Pro Bacco lactem utplurimum bibunt & dolores infirmitatesque quaſi omnes usque ad terminum montis ignorant. Recedimus deinde hinc & citi in tranſtris ſedimus, dum Remos in gurgite juxta altiſſimas Cupreſſorum ripas, atque Falcunorum ſoleas flectere ſtudebamus. Maſſalaem poſt longum iter invenio flumen, in quo per diem omnes ſotii leti remanſerunt. Ubi more certior factus citus ad montes convolavi, medio quorum juxta planum Polireniam aſpexi quæ hodie Anapolis nominatur, aque fontem nobiliſſimum collaudavi cum amplis marmoreis lapidibus proſternatis, juxta quam planum amplum in fecundiſſimis montibus Cupreſſorum circumdatum enumeravi, in quo greges florentem pratum tondunt, & ruſtici ſub pena maxima aratro laniare non audent, revertor denique ad ſocios quos omnes ſaluto libenter, qui leti itidem referre conantur, damus in nocte noſtris corporibus requiem & juxta arenam meum iter ſotiis narrare delector dum ſomnus oculos invadere curat.

Occurrit igitur altera dies dum ductor a puppi ſignum dedit atque cito viam omnibus indicare feſtinat, & adeo juxta litus invenimus ripas, quia in Celum erigere videbantur quantum ſummitates abſque ſciſſuris ſine numero Cupreſſi ad ſidera volant, donec talia cernimus in Portum olim Penicis hodie lutro intravimus & dextructam Civitatemque vetuſtiſſimam cum columnis proſtratam videmus; Inter eas candidiſſimi marmoris ſepulcra prope Caſas illorum ruſticorum inveni, in quibus ſues polentum comedebant & ſculpturas circum nobiliſſimas laniabant. Lacerata multa vidi Ydolorum Buſta inter quæ marmorum hedifitia ſparſa jacebant, dimicto poſtquam vidi amplas Catacumbasque infinitas locum & verſus terram rura ampla procuro, in quibus

ex

ex antiquorum Nobilium Romanorum Reliquias inveni, quæ titulum & arma in hodiernum ſervare delectant, ſed quia tempus de eis nunc narrationi non competit in fine tertiæ partis latius accedemus. Multa Cupreſſorum ligna de Montibus lanoſi ruſtici in Meſſalaem præcipitata ruunt deinde parvo labore in Mare deſcendunt, damus poſt hæc latus dextrum inmanes lapideas ſciſſuras, a quibus ſine terræ humore magne eriguntur Cupreſſi, medioque ipſarum per longum iter Sancti Pauli Eccleſiam vidi prope, cujus tam eructationem maximam ex paucis foraminibus frigidiſſimæ aquæ exultat, quia vix in duplum noſter adſumit Arnus, que per modicum ſpacium in Mare prorumpit.

Recedimus dehinc denique omnes & juxta amplos altosque hyatus curſum rati damus, quorum parte ſublimi nidos falconum ac proſpicimus Aquilarum & a leva Gozi Inſulam notamus, quam ſingulis annis aves poſſidere Marinas, Portum antique Urbis deſolatum Phenicis hodie Romelum ſecundum dicitur gaudentes intramus, deinde grandem ambitum jam feſſi querimus, medio cujus ingentem aſpicio Templum in ſubverſione volutum, quo omnia genera marmorum atque Porfirum columnas ſine ordine jacent. Aſpicio Ydolorum ſine Capitibus Buſta & ab altero latere Templi caput Veneris vel Dianæ inveni, quod ſuper omnia pulcherrimum videbatur. Revolvo me ad angolum quemdam & ab inditio ingentis marmoris circumcirca lapides elevamus. Cernimus nimis deletas græcas litteras ſculptas, ſequimur deinde eas, heu ſciſſum erat, ſed per conjecturas ſic cernere potui: Munda pedem vela caput & intra, columne, ciſterneque cum hedificiis amplis omnia pateſcunt, hic ille Paulus eximius Apoſtolus fuit, dum Romam cum aliquibus Chriſtianis captivum ferebatur, abhinc jam experti recedimus, & juxta ripas torrentem macoriumque deſolatum ſalutamus. Intramus ſtatim in liſeum Campum olim, quem hodie Svia appellamus, in quo rura fertiliſſima atque armenta videbis, in Campi medio liſus Oppidum erat, quod in deſolatione receſſit,

ſit, ubi deventum eſt in angulo hujus planitiei, Pecilaſium nunc Selinum pedibus calcare affectamus, miramur moles, miramur immania & artificioſa fundamenta, miramur denique conductus ac magnalia Porti hedifitia, ibique nocti ſubicimus & requiem corporibus lapſis damus.

Venit igitur leta altera dies, quæ cum frenis ſpumantibus Eoli per altum aſcendere cepit, & pirous noſtra tranſtra luminibus ardentibus verberabat, vela dedimus remanentibus verſumque hermeum primum juxta ripas immeabiles ſignum ponere non tardamus, devenio ad ſine nomine torrentem, ubi antra in Maris confinibus ſalutamus, a quibus illico illa Ecco reſpondebat, in ſublimibus ſilveſtras Egas cernimus, vocamus illas & cum vocibus aliqui noſtrum caprizare delectant. Abradimus deinde Oppidum Tarbam olim, a quo multitudo pendicum per noſtrum ſcrepidum deceſſerunt, fugiunt exauſti Montes & ab alto magni arbores nihilare videntur; Naute leti dum ſic pergimus inceptas creticas cantilenas melodia quarum per omnes graias comendatur plagas. Igitur in canendo omnes vincunt cupiuntque alii talem addiſcere reſonantiam, in ſontem cantando venimus, in quo ex calore intenſo ſub frondibus amplis Platanorum per horam feſſi reſedimus. Cernimus dehinc anteriores ſcopulos longamque viam ſub fronde virenti preteritam rememoramus.

Senſere eloquium dum noſtra Sotietas per longos jacebat umbrarum aditus magna ruſticorum Societas, quæ ſic ab alto orſa eſt: O vos unde inquite eſtis? Dedimus illis terque quaterque nomen, qui vix delapſi ab alto ad noſtrum deſcendere locum. Ubi ſic cognoſcere omnes cum lætitia ac reverentia ad nos devenere, Corator ideſt ductor manus omnium tangit cum amore, breviterque talia noviſſima dixit: Salvete vos omnesque hujus Inſulæ inquiſitores, noſtra teguria hinc & illinc per Montes iſtos multa ſunt, & dum Paſcua noſtra gregibus damus immanes barbari nos atque noſtrum invadunt gregem. Capimus in nocte prius atoniti

toniti fugam deinde caterva noſtra ad ſtridorem occurrentem cum talibus ad prelium venimus, atque victoriam ſæpe noſtris caſis reportamus. Ideo Domini Reverendiſſimi ne miremini ſi Portumque partes iſtas vigilare curamus: Igitur attendite precor, ne a talibus veſtrum Navigium injuriam patiatur; his dictis conſideramus deinde dictor talium & ſotii Crateras guſtare ceperunt. Curamus a longe viam, & noſtrum iter verſus olim Ramnam hodie Ganbruſſam Portum incepimus. Intramus per ſcopulos in eum, quem a ventis tutum judicamus; Damus deinde citi velum donec ad Chium primum magnum applicamus. Non a longe ad auſtrum Inſulam olim Claudos hodie Sequilum videmus, in qua Civitas fuit ab eadem Inſula nominata, quæ verſus Septentrionem proſpectat, magna valde atque Columpnis valde circumdata. Hodie in ea habitant niſi agreſtes aſinique ſæpe a piratis eſt viſitata. Capimus poſt hæc viam, quæ ad Septentrionem proram ponimus donec ad primum Coricem, atque leti devenimus Civitatem.

Poſtquam de parte prima, quam clarius potui mi Nicolae tibi Auſtralem indicavi latum. Nunc Septentrionalem tibi pandere incipiam plagam, quam pro majori parte, quam antecedentia dicta amenius nobiliusque manifeſtabimus. Igitur attende precor, quia ſicut in preterito omnia ſeriatim diximus, ita de loco ad locum hominum mores & Caſtra cum humili narratione proſequemur. Dum ſic peragramur per longum iter aliquantiſper ſub radicibusque promuntorii Coricis feſſi recreamur, denique ad eundem Montem per immeabilem aſcendo ſemitam, in ſummitate cujus Civitas cum plano exiguo eminebat, meniaque ejus non parum a terra elevata cernere poteramus. Manſiones inſuper diligentiſſime fabricatas cum cellulis ſubterraneis clare videmus, & Ciſternas in lapide ſculptas mire induſtrie collaudamus. Deſerimus deinde parvum ac planum deſolatum & terga immeabili Monte deſcenſu noſtro oſtendemus, dum Eolus hic ſua antra reſerabat. Devenio tandem ad Socios, qui jam velum in

Anten-

Antenna ligatum aſcendere properabant. Capimus deinde viam quæ juxta dextrum latus videbatur, aſpicimus Montes, qui per longos altosque anfractus diſtare videntur, quorum in medio rari minantes Cupreſſi procul cernere poteramus, Opon promuntorium a conſpectu cito panditur, qui quaſi aſtra tangentem extimamus; ad quem dum venimus Eolo dormientem noſtrum Navigium ſub altis ripis non adherere ceſſamus: Procuro ſub altis ſpilleis antra, in quibus Scilla & Caribdis videbatur, ac per mille foramina talem erugitum eructabat, dum hoc audivimus Nauclerius per medium curvate Navis nautis viam præcipit; & a Puppi Capitaneum cum multis delectat libare lieum. Ad antiquiſſimum deinde Portum Citi devenimus, qui jam corroſus ab aquis demoſtratur, a longe per medium antique Chiſſamoſpolis Oppidum album cognoſcimus, eum cito per arenoſum litus petimus donec Caſtellanus nobis obviare non reſtat, qui habundantiſſime Sotietatem omnem recreavit, & acta antiquorum per Campum amplum indicavit, nos hinc inde notantes ſuum iter pedetentim retro ſulcare paramus, devenimus quaſi in medio Urbis ad fontem, quæ usque in odiernum diem per ſuos ſtudet meatus tranſcendere curſum, ibique prope dum ſic eramus ingentem Palatium cum multitudine columpnarum jam fere proſtratum vidi, & in receſſu marmoreas tabulas enumeravi, Cernis, ille ductor mihi inquid, flumen T.ſto lapideum, atque vetuſtum Pontem habentem, conſtitutis temporibus totam purgabat Civitatem aſpice adhuc Catacumbas infinitas, in quibus noſtri Patres quando ille calidus ac peſtifer notus regnabat, omnes in iſtis ſubterraneis Cavernis intrabant, ut a ſua ſe defenderent infectione, decedimus hinc & verſus Auſtrum per medium ad quamdam nunc novam Eccleſiam devenimus, ille dum intravimus verſus Pavimentum reſpice dixit, cognoſce Muſaicum, qui jam per tot ſæcula a pluviis & terræ humectationibus illeſum eſt, atque totam hanc Vineam cum multis hedificiis porfireisque marmoreis comprehendit in unum,

ſed

ſed quia non nobis talia neceſſe ſunt ille bacchus ob bonam utilitatem ferentem delere ſuas facundas arbores non permiſtit, cingimus deinde eam Urbem cito, que per duo miliaria in plano circundare videtur, ab ea poſt hec decedimus dum oſpes noſtrum Navigium magnis piſcibus in litore captis honeravit, cui gratias omnes leti dedimus noſtrumque iter Naute capeſcere curant.

Relinquimus Portum jam a ſeculis vetuſtum, & in acceſſu arenoſumque litum abradimus omnes, devenimus ſtatim ad non magnum Nopiliam flumen in radicibus cujus atque lateribus non parva videmus rura, accedimus ultra & ad dexteram dimiſtendo litus Montes eminentes cum antris ſalutamus, devenimus deinde ad pſacum altiſſimum primum qui in ſuo capite fere pilos nullos poſſidetur, & tanquam minace ſinciput ab alto Occidentem proſpeſtare facit, velum a dicto Monte in altum propalamus donec Cismum primum abradimus, & Cadiſtum hodie ſpatam primum ſublimius aliis vere petemus, Maria omnia minare videtur dum cupimus ſuis adherere alis, dant veniam naute & a longe eum non ceſſant ſalutare, hic eſt ille Mons altiſſimus, qui Maris milites a cicladibus vel ab Occidente venientes ſignum ſuis imponunt Navibus, & ab eo Creticum litus manifeſtatur non per ſpatium multum in Portum intramus, ſenciunt ab alto ruſtici ſtrepitum, qui cito undique Portum defendere cum balearibus in altis proruptis lapides adunare parabant, timemus omnes & nomen ſine reſponſo cum affeſtione narramus, illi denique cum noſtram cognoverunt navem arma dimiſtunt, aliique tanquam in precipitium ad nos viſtualia conducunt, petimus de nomine Porti, qui leti ſic orſi declarant, jamdiu hic Portus Diſtanus a mortalibus nuncupabatur, denique poſt ſecula mancipia magno numero una Achidonia cum raſtis Mulieribus in Navigiis huc appulerunt, in antris iſtis omnes ob tempeſtate ſteterunt, deinde in noſtris manibus devenerunt, atque per gladium ad inferos mandavimus omnes, mutamus ab eo tempore no-

men & dominarum Portum appellamus, hanc Civitatem deſolatam, quam hic videtis, Anchiſes cum Enea eam condiderunt, deinde ob ſuaſu Apollinis dehinc in Ytaliam ſuis Navibus navigarunt, crevit poſtea Civitas & ab hedificiis ampliata fuit, que hodie ad ſtatum aliarum in deſolatione remanet.

Ecce altera venit dies & noſtri Naute cum vocibus una in altum concordant ducere velum, linquimus deinde Portum ac ſcopuli recedere ſtudent, dimictimus denique rura & ſub Montibus planum ſertilem nominamus; Torrentem davornitim in anteriori parte videmus, cujus in radicibus Epiſcopatum olim Chiſſamoſpolis aſpicere delectamur, quod ajunt poſtquam illa Civitas & alie hujus Inſule in deſolationem venerunt Patres Epiſcopus in ſuis delataverunt poſſeſſionibus, venimus deinde in planum omnium rerum fertiliſſimum, in quo dum ad flumen Cuſſo deveni rura & viridaria infinita videre non deſinemus, capimus deinde Picneum fluvium hodie Plataneum ab infinitis Platanis coronatum, circa medium rus aere infectum magnum cernimus, in quo Chidonie Epiſcopum antiqui poſuere, videmus denique olim Litoam Inſulam hodie Todoru, in qua antrum in medio lapidum ingentiſſimum verſus auſtrum proſpiciente vidi, inſuperque hec a paucis Caloeris eſt habitata, dimictimus ſubito litus arenoſum parvosque Monticulos in conſpectu videmus, donec ſtatim Campus flumenque Civitas aperte moſtrantur. Panditur interea Portus antiquiſſimus, viſitamus deinde Cidoniam olim Acotanio affluentiam, deinde dicta eſt Laghanea a Caulibus penuriam, Caneam nunc ab iniquis hominibus nominamus, venimus in eam, in qua affabilis ſenex omnia pandit, vides ne Montem altiſſimum Leucon minantem Civitatem & prope aſtantem, per totum annum Nives reſedunt in eum, a quibus ille cladiſſus flumen per cavernas immeabiles derivatur, atque ab altis proruptis in planum fertiliſſimum hunc devenit, in quo accole per plurimos rivulos tale dividunt flumen, quod cum

cete-

ceteris elementis cuncta olera fecundiſſime producunt. Aſpice ab Occidente per planum arbores Cedrorumque Arangium infinitas, ab Oriente multas Bacchi Vites poteris enumerare, que humilem & ſemirubeum producunt lieum ac aliorum ſeminum reditus Civitas hec in fertilitate viget; Piſces optimi hic ſunt, Aves aquaticas verſus auſtrum in palude Laghia parva capimus: Mercatores per Mundi partes Cupreſſorum Naves honerare fatigant. Dum in via ſic loquimur ecce Grecus defunctus ad tumulum ferebatur, non de minutis tamen, ſed de omnibus ut comprehendere potui medium vite ſtatus prevaricabat. Coram eo ſervule quedam tonſis crinibus pectus cum magno clamore verberare laborant, Defunctus deinde ſuis ornamentis melioribus in feretrum videbatur. Poſt eum aſſunt Sorores filiæ cum uxore ac conſanguineis una percutiunt pectus, dilaniant facies, atque capillos ſine intermiſſione cum altis vocibus divellere fatigant, denique Societas multarum Mulierum tardis pedibus lamentando accedebat cruor de facie ipſarum per hora & genas totaque pectora ac veſtimenta fluebat: Retro eas hominum multitudo more noſtro gradunt, ut omnes feriatim tranſire feſtinant verſus ſotium talia dixi: Dic queſo, que amentia atque inſania talium rationalium ſit qui mihi talia refert, delectat quia Ytalus, & avide omnia inquiris me tibi cuncta narrare, in partibus iſtis atque totius Grecie ſicut nunc vidiſti talem habent ritum, ſed poſtquam homo ab hac vita decedit ſuam cantrices domum pergunt, que poſite in medio Mulierum & coram Cadavere in verbis ploratoriis alta voce prorumpunt; Omnes tunc deinde ſilent, donec corpus carmine laudant dant vices Matrone omnes & alternatim parcas maledicere curant, denique in ultimum dant vale & feſſi in laribus reviſitare volunt, venit deinde Nox que ſine lumine in terra tamquam Beſtie per annum & plus ſuam eligunt vitam, in terra comedunt fero & mane altis ploratibus hominem jam ad infima deſcenſum non ceſſant conclamare, per tres vel

quatuor annos Eccleſiam aborrent & in tenebris atque in ſolitudine ſtare procurant.

Sumere dum ſic loquimur iter extra Civitatem verſus Orientem Sotii, in quo Montem proſpicuum cum amenis virentibus proſpectamur, dant ſignum ab alto viri & velum in alto conducunt, damus cito vale Civibus quorum ſenior talia dixit: In aquis iſtis illuſtres Romani cum magna claſſium multitudine Marcum Antonium miſerunt, ut ad devotionem Senatus hanc Inſulam ſubjugaret, qui cum in Navali prelio cum noſtris pirratis ad infimum perveniret quam citius potuit cum ſuis Navibus terga dedit; hoc audito Romani indignati Metellum contra Cretam Conſulem poſuerunt, qui totam Inſulam per biennium igni ferroque populatus eſt legesque Minois Romanis legibus permutavit, nec quicquam amplius de tam famoſa victoria, quam cognomen Creticum reportavit, dimicto poſt longos ſermones omnes Cives & primum, atque ſecundum, ſalutamus primum donec ad ſecundum devenio Nicolaum, ubi ſine ſtrepitu Portum intrare valemus, damus gratias ei deinde ſotii velum ſub rupibus illis volvere curant, recedunt ſcopuli dum Drepanum olim hodie Maleccham primum procuramus, reſpicimus ſaxa, donec a latere dextro in ſinum olim Amphimalem hodie Suda Portum ſine mugitu Maris intrare gaudent. Cujus in medio Monaſterium vidimus Nicolaum nomine Sanctum, in qua Inſula fratres plures habitant heremitarii: Circumdamus deinde Portum in capite, cujus aquam Maris cum Solis ardore conielatur, prope ſalinas dictas ad Auſtrum Minoam antiquam in Monte Civitatem videmus, accedo per duo ad ſummum miliaria, ubi totam proſternatam inveni, ambulo in eam per ſegetes & alta per medium marmorea ſaxa revolvo conſpicio Templa, ac menia enumerare fatigo; dumque ego per inextricabiles pergerem herbas inſcius in maximas Ciſternas pedes devenerunt, heu cecidere manus & ſine ſanguine membra frigebant, donec ad priſtinum rediere ſtatum, aſpicio deinde

deinde eas in ſaxo inciſas, quarum una erat in longitudine pedum quinque & quadraginta in latitudinieque octo & decem pro certo tenebat.

Brevem in anteriori parte viam cernimus, in qua planum cum miliario flumine, qui per ſupterraneos meatus Aleoco Monte devenit, & in quodam rure ſtilo nomine per multa foramina frigidiſſimus exit, atque cito immeabili ſe convertit, accedo ulterior donec ad alium leti devenimus omnes in Licardeo flumine equali ſuperiori devenimus, & a tribus foraminibus procedente per modicam viam in Mare prorumpit, invenio deinde in ſuave Monte prope Bicornum Oppidum, in quo non parvam piſcium ſotietatem ad libidum capere potuimus, poſtea ab eo recedens per Sara navigamus dum ora fluminis Cheſalouriſi non diſtante videmus, in ore cujus Eccleſiunculam in Mare poſita ſalutamus, deinde originem ingenti fluminis inveſtigare laboro, igitur & fertilem ſpatium mea via ſuit, donec ad Pontem veteſtiſſimum lapideum deveni, ibique prope in plani medio una a foramine quodam eructare videmus in quem per longam vallem magnus intrat rivolus, at tandem per itidem revertendo platanicum flumen ad ſocios ſub radicibus ad dexteram Monti per multa ora ſalſum exire flumen, quod cum ſupradicto commiſcetur, ab alio latere ejusdem Montis infra altas Convalles non magnum, ſed profundum aſpeximus lacum, in quo obſcuritatem tenebrarum per ſuam profunditatem ſine exitu poteris judicare, nives & pluvia illorum Montium in talem deſcendunt foveam, que immanes nutrit anguillas.

In itinere dum brevem lacum deſerimus ſotii cantando deſcendunt, atque Schafim fluvium cum Mutelle plano videmus, deinde Epiſcopatum Calamonenſem cum ejus Villa per humiles Monticulos tranſimus, & ad periculoſum Petream flumen deſcendimus, deinde humiles & peſſimos atque lapidoſos Colles tranſimus, donec Rittimnam nunc Retinum tangimus terram; In eam intramus ac pulcram omnes

nes una fatemur, aſcendimus feſſi Navem, cum qua juxta litum planum viſere conamur, miramur non longe Platanicum flumen, in quo viridaria creſcunt, deinde Arium flumen cito videmus, ad dexteram Monticulos lapidoſos dimicto, in quibus flumen Milopotamum pervenit, prope cujus Caſtellum cum eumdem nomine ab alto videtur, prope ad Auſtrum magnum & fertiliſſimum vidi Campum, cujus Rainucius meus affabilis ſotius fabulam peniam dictam extraxit, atque de eo omnia enarravit; Poſt locum Athalim primum coram nobis videtur retro, cujus Sanctam adoramus Panaghiam, ibi ut dicitur in aera illius litoris hominem ex doloribus egrotum nudum cohoperire arenarum ad priſtinam devenit ſanctitatem, Colucon Mons altiſſimus ab ea videtur, Salvatorem ſanctum non a longe multum videmus, in quo Ambuſta cum infinitis virentibus Pomis quaſi terram tangunt, iterum atque iterum per ripas atque parvos ſinus Eccleſias cum Viridariis cerno, donec primum in quo cuſtos Candie vigilare ab alto videtur.

Tunc gaudentes Sotii ad Celos palmas erigent cum famoſam Ghandacam, ideſt Candia ad hoc ſinu meniarum albedinem indicare feſtinant, ligamus a Puppi Navem & naute tenacem ferrum a prora demictunt, ad Sanctam Domini Matrem accedimus, & recentem propinquam aquam cum illis leti bibemus, dumque Sotii abſcidere ligna ſe accingunt cum Caloero, quo dant verſus Montem gradimur, ubi in conſpectu Dion olim videmus, in quo Caloerus quidam contentus mimmis letus in ſuo Cenobio nos collocavit, qui priusquam cuncta demoſtrat nobiscum ob caritatem maximam usque fontem in pedde Montis conſolabiliter ſociavit, panduntur rura per humiles & amenos Colles cum fluentibus aquis, dumque per viam hanc leti gradimur in ſublimi Monte verſus Occidentem Pantomatrion olim Civitatem videmus, ad quam per longo deverticulos aſcendimus, in qua ubi devenimus duas amplas Ciſternas cum Columnis in ſaxo ſculptas invenimus, que hodie ab arboribus

bus ſunt poſſeſſe, circumcirca non alta procuramus menia & juxta templum video ſublime monumentum cujus meus conductor talia dixit, poſtquam a Romanis Inſula hec deleta fuit, in manu nobilium hujus Inſule dimiſſa eſt, qui eam in bonum produxere ſtatum, deinde Conſtantinus totius Orbis Imperator de Roma Biſantium cum maxima nobilium Romanorum comitiva venit anni elabuntur de Patre ad filium per ſecula imperium tranſit: Amerinus Princeps cum fratre ſuo Chirſoca ab Imperatore, ut hanc Inſulam ſub jugo Imperii redigeret dimiſſo claſſe hanc Civitatem primus multo tempore expugnavit, quo in ejusdem prelio eſt interfectus, Chirſoca junior illo dolore commotus & jam feſſi Cives vi tandem poſſedit Civitatem, quam in priſtinam deſolationem redegit, & ad perpetuam rei Memoriam fratrem ſuum in medio Dicte tumulavit, atque eum columnam aureis literis ſculptam mortem ejus enarrabat, quam ex auri avaritiam paſtores ſuffocatam deleverunt.

Extra dictam Civitatem Mons rotundiſſimus in Celum erigitur, in cujus cacumine Crucem Sanctam Eccleſiam Magiſtri hedificavere, aqua circumcirca omnia cernis & tanquam filios alios ſibi adherentes poteris appellare, de Monte paulatim fuit deſcenſus Averni, in quo duo reperimus Monaſteria eaque cito deſerimus ad finem denique profundi torrentis declinamus, at at quid cito vidi ſub ampliſſimo antro aquam cum hoſtio tetro & ſepe per violentum impetum aquam Maris ſub ripa non ceſſat emanare, a quo tanta aquarum multitudo dilabitur, quod vix ſub amplis arcubus noſtre Civitatis poſſit expirare per duo ad minus Miliaria per terram, antequam in Mare deveniat curſum capit, in cujus marginibus palmites ſine fructu creſcunt cum multis molendineis adherentibus ſibi, Dat deinde prope ille Torrens gagium cum Caſtello nomine & ceparum multitudine planum poſt dimictimus & ad Diofirum flumen parvum venimus, ubi denique in Portum Ghandachi olim hodie Candiam Navigium ligare valemus.

Reci-

Recipiunt Sotii poſtquam in Portu intravimus ſcalam, & a puppi in terram firmare laborant, in terram deinde deſcendo & quamcitius potui ad forum per amplam perveni viam, in qua ad ejus dexteram cum gradibus minantem Porticum aſpexi, in quo Civium Societas ſedebat quorum in medio gubernatores totius Inſule ſuperheminebant quos ab Urbe Venetiarum miſſi erant, quibus coram Notarius Bonaccurſius forenſibus benignus dulcis verbis talia dixit; Si tantus amor frater optime hanc eſt viſitare Inſulam fare oro occaſionem, ut poſſim te in meis operibus adjuvare, cui brevibus verbis omnia reſeravi, qui deinde totam demonſtrare Civitatem incepit, hec non ex antiquis Civitatibus ſuit, ſed ubi nunc portus eſt in Orientali latere oppidum parvum ſuit, quod Civitati propinquiori illis temporibus ſerviebat, deinde poſtquam Romani illam deſolaverunt Urbem Civium reſiduum huic oppido adhererunt, atque Gandacum, ideſt Vallum circumcirca Domos conglutinatas fecere, denique poſt ſeculis ac deſolationibus multis Veneti totam emere Inſulam, quam meniis amplis hedificavere, veniunt de omnibus Mundi partibus huc naves, que viginti milia ad plus honerant vegetibus optimi Bachi licoris cum innumerabilibus pinguis Caſei formarum ac frumenti copiam aliquando vicinis transmictere valemus, habemus inſuper quidquid corpus indiget ad vivendum niſi tantum fructum Palladis, quod per ruſticorum inertiam valde indigemus, de quibus vere ille eximius Apoſtolus dixit: Fallaces Cretici male beſtie & ventres pigri; Dum ſic loquimur ad Sanctum Lazarum extra Civitatem accedimus, reſpice inquid verſus Occidentem & Meridiem Vina Attiria creſcunt; verſus Orientem Malvaſia optima naſcit.

Damus deinde ad Auſtrum per vicum pedibus viam donec per humiles Colles maximam antiquorum Civitatem olim Philopolim hodie Macriticho intramus, que juxta flumen atque viridaria manet, ibique forte Muſaicum pavimentum immaculatum omnium figurarum ſub magnis macerie-

bus

bus reperio, atque ad dexteram ſepulcrum Cayſe, ut dicitur procuramus. Per Miliare infra Civitatem Templum vetuſtum Chriſtianorum ritu cognovimus in conſpectu cujus Venerandam Titi Diſcipulam veneramur, verſus auſtrum juxta rura, atque amena Monticula prope viam ſpileum in ſaxo ſculpto in longitudine duo & quadraginta & in latitudine quatuor paſſibus videtur diſtare. In cujus capite ſepulcrum Jovis Maximi cognoſcimus cum Epitaphyo, tam deleto quod vix literam cognoſcere potuimus aliquam, ſed quia per totam Inſulam ita eſſe provulgatum cognovi, quod omnia credere difficile non fuit; Supra eumdem tumulum magna erant hedifitia, in quibus frumentum ſervatur, ad Montem nominis ſui hodie juſta per arduam, atque periculoſam viam omnes aſcendimus, a quo rura ampla & vineta virentia circumcirca pateſcunt. Effigiem ibi & a longe faciei habet, in cujus fronte Templum Jovis usque ad infimum deletum dimiſi, in circuitu ejus infinitas immanes moles ſeriatim reperimus, harum fabricator non hominem fuiſſe cenſemus, in naſum poſt frontis inquiſitionem devenimus in quo tres congeſtas Eccleſias connumeramus; prima harum, quia in tali Monte principaliter Juppiter hic colebatur Eccleſiam Salvatoris hic hedificavere; ſecunda, quia per multos Deos Mundus regebatur Pandonaghion dicta fuit; Tertia quia Sceptrum Dominii Cretenſium antiquis temporibus per Enſem acquiſierunt ſco. Georgium ſanctum ſtature, in quibus ad conſolationem animarum noſtrarum Miſſam celebravi, verſus Auſtrum prope dictum Montem, ubi barba a Monte alio dirimit tegminum Caſtrum expugnabilem in alto videmus, prope cujus Blaſium ſecundum rus ampliſſimum eſt.

Ab alia parte verſus Orientem planum Bachi fertiliſſimum nomine Archanes, in quo plura & ampla rura manent, ecce dum loca nominamus in altum unum aſtantium adoleſcens, qui cum plurimis ſolatiatum venerat in maximum precipitium, ut pullos aquilarum caperet eum in ſpor-

ta Sotii dimiſerunt, & cum in nido extra ſportam eſſet cum aquilinis, ecce ab alto multitudo Nuntiorum Jovis cum volatu maximo in tali Caverna prorumpunt, qui ſtracto ab indumentis puero per duo miliaria in plano deorſum inleſum poſuerunt, oſtupuere Sotii & nos una quantum melius potuimus tremebundi declivium appetimus donec adoleſcentem cum modica leſione revidemus, damus ſanctis gratias & Montem verſus Salvatorem veneramur, venimus deinde ſub radicibus Montis hujus ad Dominarum Monaſterium, denique non longe multum per aquarum meatus, in quo viridarium Caridachi dictum vidimus quod cito dimiſſo per rectam viam leti Mare revidemus, prope cujus multitudo hominum a quodam puteo Cazamba nomine aurire laborant, qui per Candiam Civitatem cum vocibus eam vendere curant. Gradimur denique ad Georgium Sanctum prope Mare, ubi antiquos cum Nave ſotios congaudeo revidere, hinc in Navem aſcendo & verſus Orientem navigamus prope lapideas ripas, a leva deſertam Inſulam Deam lapidoſam atque incultam dimictimus, in qua verſus Septentrionem juxta Mare marmorea hedificia per magnum procuravi ſpatium, atque Sanctam Mariam, Nicolaum, Georgiumque ibi videmus; ad Quartaro fluvium devenimus, ubi juxta Mare Salinas videmus & a longe per miliare viridaria multa vireſcunt. Non parum a flumine in quodam Monticulo olim Carapinna Civitas hedificata erat, in qua nullum aut parum veſtigium videre potuimus, decedo ab ea & verſus Orientem inceptum iter perſeverare procuro.

Torrentem & promuntorium atque Campi recedunt, in cujus ſummitate clatos olim oppidum videbatur, Viſitamus non multum a longe Chirſoneſum olim magniſſima civ. fertiliſſimo circumdata Campo, in eam antiqua Palatia cernoque columnarum hedifitia & Portum manuſactum a veteſtate deletum, in quem ab altis Montibus per conductus aquam conducebant, que totam querebat Civitatem, damus ventis viam donec primum ſcopulumque tranſimus, in ſinum

num ducimur & Vallem nomen cares in capite videmus, in qua tanta eſt amenitas loci, quod Franciſcini Fratres Antonium hedificavere locum, verſus Orientem in Monte magna Elecos olim erat & Coſum oppidum in proximo clamamus, cupimus poſt vale viam, que cito in primum Spine longe, ideſt Spine Leonis devenimus, deinde Spiram Inſulam vidimus & in Olopicxopolim hodie Yſtrinam intramus, que jam ab erbis ac juminibus cohoperta videtur. Ab antro quodam ſupra Civitatem maxima aquarum eructatio derivatur, que totam balneabat Civitatem, in qua juxta antrum Molendina quatuor non reſtant laborare, prope litus paſſibus X. duos immanes lapides marmoreas in terra demiſſas vidique in longit. XVIII. atque in latit. X. de noſtris erant brachiis, de groſſitie autem quia terra occupat eas certum ignoravi, que & qualis Civitas fuerat hec optime frater cogita, & quis auctor talium meus ſenſus exterminatur. Nihil aliud per totum ambitum vidi niſi columnas atque marmorea hedifitia. Petimus arenoſum deinde locum, ubi prope Oppidum olim Panormum deſolatum in altis proruptis aſtare videmus in tanſtris poſtea ſedimus donec a leva Inſulam Conidam, atque ad ſiniſtram primum viſitamus, dant ab alto Capre ſonitum & a proruptis volatilia ſtridere laborant.

Natant in gurgite magno Marine Columbe donec per longum iter infra alta ſaxa tranſimus, & donec immeabiles maceries atque Sororem Inſulam prope videmus, deinde humilem abradimus primum prope cujus Settiam Oppidum erat, quod a magna olim Civitate Serapoli derivatur, de qua tempore ſaturni gigantes in bello potentiſſimi devenerunt, prope verſus Montem Epiſcopatum hujus Civitatis translatum fuit, & a Settia hodie intitulatur, dumque talia vidimus magnum dimicto ſinum donec Meſos Inſulam videmus, in qua olim Civitas fuit, que fere modicum videtur, ſaxa & Eghe hic habitant cum duio & pori Inſulis una petentes. Peto denique tandem ſub altis Montibus

Yraclium Portum, in quo nulla videtur, cantant denique Sotii dum per umbroſas Samonium primum ſtudent actingere ripas, in hunc altum venimus & Scopulos quosdam prope videmus.

Jam peragratis litoribus & promuntoriis cum campis circumcirca dimiſſis, nunc per medium Inſule iter noſtrum capiemus, quod ſi laborioſum viderimus in campis eorum ſub aquis recentibus ac variis arboribus recreabimus omnes. Igitur in Monte aſpero Iſidorum Sanctum invenimus, in quo duo Caloeri, ideſt Monaci Regule Sancti Baſilii reſedunt. Per Montes ſine arboribus gradimur, donec planum non parum incultum videmus, cujus in medio ſub parvo Monticulo Civitas Camara erat, que in quodam ſinu a latere Auſtrali torrente proſtrata jacebat; Rura & magna hedificia marmorum dimictunt Sotii, qui per Montes altiſſimos timi redolentes perambulamus, in quibus Meliſſarum turmas invenimus, que per omnia rura hujus contrate ruſtici mel optimum trahunt & apud Sectiam galeis Alexandrie Copiam vendunt maximam, Olum Oppidum expugnabilem a longe ſaluto donec Chirſoneſus nunc Villa videtur, hic cum pranſi ſuimus viam a Sotiis jam inceptam proſequimur Monti Dictano cum Zappinis monitiſſimis obviamus, a quibus pix non modica extraitur & per omnes Contratas hujus Inſule conducitur, in planum poſt Montis tranſitum parvum venimus, in quo rura, nuces, ficus, arbores domeſtici circum fontem videntur, poſt Montem avidi verſus Septentrionem Citeum hodie Gauſi vidimus, qui ab alto reſedit.

Confedere omnes Sotii poſt longum atque aſperum deſcenſum in plano, in quo Conductor ..... incepit affari, appulerunt turci pirrate a Palatia in hunc arenoſum planum ex maxima tempeſtate, qui decem birem .... dimiſſis predatum cum arcubusque ſagittis per Montes convolarunt, & dum predam in Mare conducere vellent ruſtici ſtridore magno contra eos irruerunt, ita quod fere omnes cum magna

Chri-

Chriſtianorum ſotietatem prope ad duo milia in maximam devenerunt ſtragem, quorum aliqui ex induſtriaque maxima fortitudine in unum aſcenderunt lignum & cito in Inſulam Pori venientes apud Eccleſiunculam Caloero adorante venerunt, quem cito jugulato in maximam ibi tempeſtate irruere, ita & taliter fracta Nave in paucis diebus ad inferos animas miſerunt ex fame, moderni quoque Turci ibi appulentes animas illorum ſuorum beatorum hominum infra tectum Eccleſie ſagittas ad placationem figunt & cum ejulatu magno lac cum Vino mixto ſupra Corpora aſpergunt caloeumque ibi nunc ſtantem devotis ſupplicibus relinquunt, damus ſub Montibus altis per rectam lineam ad Occidentem viam, que infra Zappinorum amfractusque aliarum arborum eſt ſita, donec ad altiſſimum Dicteum venimus, in quo fere omnibus ſeculis juxta ripas Nives reſedunt; Per innumerabiles in precipitium ſemitas in Campum maximum intramus, cujus in circuitu decem & octo Miliaribus ad plus circumdat, & verſus Occidentem dimiſſis aliis parvulis per planum maximum foramen proſpicimus, in quo aque illorum Montium deſcendunt, hic eſt ille Campus fertiliſſimus quem propter timorem ruſticorum nobiles non ſeminare dimittunt; Armenta atque infinita gregum multitudo in iſtis paſcuis ſine lapidibus gaudent, verſus Septentrionem palus non magna remanet & Sanctus Chirillus a latere auſtrali videtur, in quo Caloerus quidam ſub fronte frigido reſedit, verſus ad Auſtrum via inter altiſſimos Montes ſublimis & aſpera eſt, que in Embaro rure maximo ducitur, in quo niſi malefactores & exules habitant, qui in tantam vigent potentiam, quod nullus ſine ipſorum concordia illuc accedere audet.

Omnes poſtquam a rure recedimus per Montes iſtos cingimus planum, donec Sanctam Mariam dicta Cardiotiſſa videmus, hujus in proruptibus altis ex antro maximo tempore pluviali a Campo Laſſiti cum magno impetu per ſubterraneos meatus huc talis aqua devenit, ad Mirinam poſtquam

quam a miraculoſiſſima Domina recedimus per artiſſimos Montes imus, in quibus ſupra murum mire longitudinis & induſtrie usque hanc deſolatiſſimam Civitatem aqua veniebat, in plano deinde prope eam Oppidum Pidiata cum nobili fructiferoque Campo videmus; & Septentrionem in rure quodam Chirſonenſem Epiſcopatum videtur, atque ab Auſtro Archadenſem Epiſcopatum procuramus, prope verſus Orientem in Valle amena in ſplendidiſſimum intravi viridarium, in quo juxta Montem Domus ſunt ornatiſſime, in quibus quidam Nobilis Nicolaus habitat, & ſolus ſine heredibus vitam ducit, ipſe in latinis delectatur libris, & Dantem in manibus aliquando tenet; De ore marmorei hominis vivus emanat fons, ad dexteram atque levam Marci Antonii caputque Pompej Patres poſuere, ibi marmorea pulcra cognovi, que ab aliis hedifitiis translata fuere, Bonifacium oppidum antiqum ab alto videtur, cujus in circuitu pulcra & amena planities apparet, verſus Occidentem Chitima olim Civitas dormit, que fere videtur.

Linquimus poſtquam hic nihil inveni rura, atque declivium juxta non magnum flumen accepi donec in Campum maximum intravi, in quo juxta Montem totius Inſule majorem aliarum Civitatum hujus Inſule Ghortinam Urbemque Metropolam inveni, in quo ille Minos Rex juſtiſſimus reſidebat, heu quid dicam, aut quid preferam talia cernentem, plangant de tali deſtructione Cretenſes omnes & Mulieres crinibus ſparſis laniare fatigent, Mons ſeparatus a Montibus prope aquam verſus Septentrionem erat, in quo circa eum Menia cum integra Porta videntur: Palatium Minois cum amplis feneſtris deſolatis apparet, in quo conductus aque de altis Montibus deſcendebat, deinde totam rigabat Civitatem, que in magnitudine quantum noſtra Florentia, ſed plenior ſine meniis cingebat, quaſi in medio inter Orientem & Meridiem, Templum adhuc muris cottilibus eminebat. Prope flumen verſus Septentrionem a latere Templi, Eccleſia Titi Diſcipuli Pauli Apoſtoli de ſtir-

pe

pe Minoi eſt, coram qua Pontem mire amplitudinis ad Plateam dicte Eccleſie ampliandam videbis, juxta verſus Orientem duo proſtrata Buſta marmorea Apoſtolorum mire magnitudinis procurabis, in eadem Eccleſia Corpus Titi Archiepiſcopi eſt, & quia jam omnia dicte Eccleſie per terram apparent reperiri non poteſt, pulcra per Civitatem juxta flumen ſunt Molendina in hodiernum, Columnas marmoreas & lapideas quadringentas cum mille erectasque proſtratas enumeravi, cum Tabulis & Sepulcris infinitis, de Mare usque Artacinam in longitudinem per quadraginta miliaria planum diſtat, in quo dicta Gnoſia fere in medio jacet, Artacina hodie Belvedere, vel Riſocaſtro Oppidum tamquam Dominum totius Plani ſupra Montem ſtrenum ſine Baccho conſurgit. Prope Gnoſiam ad miliare verſus Orientem Aghiosdeca, ideſt Decem Sancti Eccleſia eſt, que in hodiernum inter extrenuas enumerabimus, eſt autem in magnitudine ſicut noſtra Sancta Trinitas, ſed hec antiquior illa que tota ex Azurroque puriſſimo ſine ulla macula linita, pavimentum ex marmoreis lapidibus figuratis videtur; Prope verſus Septentrionem Cellule heremitarum circulo quodam fere centum apparent.

A latere Septentrionali prope Nobilem olim Gnoſiam Urbem per duo in altum miliaria, ut hodie intitulatur, Laberintus eſt, eſt enim os ſuum arduum, deinde in amplitudinem devenit, via una verſus Orientem ducentorum paſſuum eſt, altera verſus Septentrionem, que nullum ab hominibus iſtis habere finem videtur, in qua circumflexe vie multe reperiuntur, ab hoſtio per mille, & quingentos paſſus fons habetur juxta quem paludem parvulam cum Cannis circumcirca, a ſiniſtra pilam ingentem invenies, Ultra fontem via eſt, ſed nullus haud pauci antea accedunt, arma intrantium & nomina per omnia ſunt, atque veſpertilionum multitudo videtur, valde per eum ambulare periculoſum eſt, quia aliquando immenſurati lapides ab alto per venas pendentes cadunt & totum tranſitum, ut appa-

ret

ret ſepe opturant; Tu qui cuncta ſis Nicolae non eſſe hunc quem homines tenent laberintum bene exiſtimare debes, quia lapis ab iſto Monte extractus lapidi antique Urbi ſimilatur, & ſicut per diverſas partes hujus Inſule antra atque hujusmodi lapidorum vene ſubterranee reperiuntur infinita, per totam hanc Inſulam artificioſum, atque ab autoribus nominatum laberintum queſivi & nusquam inveni, de hoſtis dicti laberinthi recedimus & ad Caſtrum novum parva Valle peratta venimus.

Omnia jam perſpicue in preterito cernentes ex inſectione linei fluminis, quia linum ad macerandum ponunt in tali loco remanere non valuimus, ſed viam permontana capeſcimus, ubi Joannem Apoſtolum Sanctum ſalutamus, in quo Epiſcopalis Eccleſia eſt, in qua Sanctus Mirus eidem Epiſcopus ſepultus in Chriſto jacet, inter Civitatem & Ydeum Montem Vallis avento periculoſiſſima eſt, capimus poſt hec per viam ſublimem amfractibusque lapidibus plena verſus Montem exterminatiſſimum in altitudine Ydeum, cujus ſublimitas tanta eſt, quod per omnia Maria albedinem nivium, ibi aſtantium reſplendet.

Librum in ſupercilio Montis Yde heremita legebat dum prope Crucem Sanctam Eccleſiam non magnam ſedebat, ad quam per quatuor miliaria verſus Juga Montis ex tanta aſperitate lapidum Equites accedere deficiunt, de Oriente, Occidente, atque Septentrione vie fere immeabiles ſunt, de Meridionali parte nulla ſemita, ſed tanta eſt altitudo ſublimis, quod oculus a ſuperiori parte deorſum aſpicere nullo modo bovem nigrum videre poſſet, de radicibus Montis usque ad acumen viginti ſunt miliaria, in quinque de Oriente ad Occidentem Collibus erigitur quorum ſublimior in medio videtur, in quo Saturnus, ut dicitur in loco illo, in quo Eccleſia Sancte Crucis nunc eſt, Templum ad ſui laudem ſtabilivit, ibi aer puriſſima eſt cum Pratis fere omnibus a Nivibus poſſeſſis. Per lineam rectam de Oriente ad Occidentem, de Gnoſia usque Apteriapolim ſua terminatur

lon-

longitudo, paſcua inter ſcabroſos lapides bona ſunt, & arborum grane inſurgunt copioſe, hic ut a Paſtoribus dicitur herba lunaria reperitur, iſperientia cujus Beſtie ibi paſcentes dentes ſemper tenent aureatos, maximum omnium aliorum hujus Inſule ſub radicibus Montis Yde ad Septentrionem Ocſoo rus eſt, quod juxta principium fluminis eſt hedificatum, in quo antra parva & maxima habitabilia enumeravi, in quibus clam alendum ab opi Jovem filium transmiſſum eſt, & curetis populis commendatum, qui uſque in hodiernum, ut mihi videtur iſti ab eis deſcenderunt, & ad ſuum vivunt beneplacitum, ſunt autem extrenues cum mille & plus arcubus in bello, ſed cum omnibus pacem habent, & amici dominationis, per inextricabilibusque maximis anfractibus ad eos deſcendes, in quibus Apes per Cavernunculas Mella producunt, & aque ab altis ripis cum ſonitu maximo cadunt, prope iſtos ad Septentrionem ad quatuor miliaria rus in Monte Cammarioti eſt, in quo die Sancti Georgii populus infinitus cum Choreis bacchanalia laborant, prope ad Orientem antrum non magnum in ore adeo factum reperies, in quo aque omnium illorum Montium deveniunt, & per ſupterraneos meatus prope ſalſum flumen ad decem paſſus exire videntur.

Caſtri dimiſſo rus cernitur quod olim Laſos dicebatur, in quo nullum laudabile reperimus, prope ad quinque miliaria verſus planum in maximo intramus rure nomine Mar, garites, prope cujus nobilis erat Civitas olim Pannonia - que ſine magna manet hedifitia, ſed quia in tantum creverunt arbuſta indomita, quod vix ab aliquo antiqua lim niamenta videntur, Verſus Orientem non a longe multuo- inter viridaria & amena loca ſicut hodie intitulatur Epiſcſpatus Milopotamenſis eſt, ad Occidentem octo miliaria Lea tinam majorem harum reperiri, que in Monte aſpero ſitc eſt, & in ea ſub pena capitis nullus audet habitare, hec tempore rebellionis contra Venetos ultima per duos annos ad reabendum fuit, in qua quaſi per ſcalarum gradus ho-

mines cum periculo aſcendunt, & dum in plano eris Civitatis due ciſterne in ſaxo inciſe ſunt quarum una ſicut mea Eccleſia Florentie eſt, altera velud Stephanus videtur ſanctus, omnia magna atque mirabilia ex ira Veneti proſtraverunt marmora quoque ad nihilum devenerunt, in plano prope eamdem Civitatem Epiſcopatus eſt, quod propter arrogantiam propinquorum grecorum ab Epiſcopo vacat.

Capimus poſt gravem iter ab alia parte Montis Yde rus Meronam, quod in Monte erat hedificatum, ubi ſic proſpiciebam infinitas nucum arbores domeſticaque arbuſta ſub altis videbam Montibus, Caloerus quidam talia dixit, dum noſter ſanctiſſimusque totius Mundi atque Polis Imperator diviſam, atque maculatam veſtram Eccleſiam in ſuis dimiſit erroribus, & in ſanctam hortodocxamque fidem mediante noſtro ſummo Patriarcha nos confirmavit Capitaneum Calerghi, ut ab inſidiis veſtrorum hominum defenderet ad nos miſit, qui in tanto amore atque fidelitate nos gubernavit quod in hodiernum diem ſi deſcendentes non tamquam homines, ſed tanquam divinos in terra iſta tenentur, Inſula tota ſub ſpe ipſorum ſubſtentatur & quidquid minimus illorum precipit preſto in anima cum corpore ſumus, & ut a veſtris franchis mei Domini non decipiantur numquam in eodem loco inſimul habitant, ſed ſupra juga Montis Dicteique leuci cum majore ipſorum, qui hic reſedit concorditer convaleſcunt, vides ne planum cum magnis ruribus ornatum in eum cum aſperisque periculoſis Vallibus intratur, exules cujuscumque condictionis ſint huc convolant, & coram Domino Matheo Calerghi ducuntur & bene tractantur, Vides denique verſus Orientem Campum alterum ſub juga Montium fertiliſſimum in pedde, cujus circa Eoas partes rus Thomaſium Sanctum maximum videbis quod antiquitus, ut dicitur ſine meniis atque Domibus Populus maximus regebatur, qui usque in hodiernum diem in illis antiquis cavernis habitant, & de reditu Ceraſarumque Vinearum vivunt.

Caloe-

Caloerus poſtquam verſus Orientem omnia dixit ad Domum ejus Domini me conduxit, qui propter noſtram Civitatem in ſui gratiam me reponit & dum in latinoque greco multa dicemus in Montem ipſe cum ſuis ſatrapis lentis gradimur paſſis, cujus in radicibus centum fontes recentem fluunt aquam, in quibus rura ampliſſima Romanorum habitant, Ubi talia audivi aviditſimus ut protopapa narraret exoravi, qui libratis verbis ſic eſt orſus, poſtquam Chirſoca ex parte noſtri Imperatoris Inſulam totam ſubjugaverat filius dicti Imperatoris cum nobilibus duodecim principalioribus Romanorum Polis diuque Civibus in hanc Inſulam venit, qui omnibus iſtis nobilibus dominium & loca conceſſit, deinde magno tempore peracto ex continuis preliis jam feſſi in iſtis Montibus conduxerunt, qui hodie Arma & nomen portantes in tanta devenerunt quantitate quod ſi eſſent concordes leve eis foret Inſulam poſſidere, & primo ſunt Ghortazi, ideſt Saturi quingenti in numero; Melliſſini ideſt Veſpaſiani qui ſunt trecenti; Lighni, ideſt Suctiles qui ſunt mille ſexcenti; Ulaſti, ideſt Papiniali qui ſunt ducenti; Cladi, ideſt Ramuli qui ſunt centum octuaginta; Scordili, ideſt Agliati qui ſunt octingenti. Venerunt denique poſt longum tempus due alie generationes, qui ab iſtis Nobilibus gratioſe recetti fuerunt ſcilicet Arculeades, ideſt Urſini qui ſunt centum, & Colonni, ideſt Colonnenſes qui fere treginta remanſerunt & verſus Settiam non cum aliis concordes locum eligere.

Cumque talia protopapa diceret in planum non magnum devenimus omnes ibique ſub nucibus altis in fonte cum Caloeris jam feſſi recreamus; Damus deinde viam pedibus & remanentibus omnibus vale & iterum vale dicimus, per anguſtam cum gradibus periculoſiſſimis viam deſcendimus, dum ab alto nobiles illi cum vocibus adjuvabant, in planum per non longam viam venimus, a quo Sanctum Coſtantinum videmus, ibi per noctem ſtetimus, ut panaghirum in craſtinum videre poſſimus; Ecce jam intempeſte no-

ctis alaribus per circumcirca planum cum clamoribus luminaribusque unus alium viſitare procurat cantando ad Sanctum veniunt, & ante introitum Eccleſiæ circumcirca eam ter cum omnibus neceſſariis atque Beſtiis circuire cantando laborant, in feceſſu plani illius de ſciverti ſuperiori, ideſt de nomine ſic dicto per conſuetudinem poſt orationem ipſorum cum ſuppellectilibus ſuis ſe ponunt, ab alio latere de ſciverti inferiori ſub frondentibus Platanorum ramis tendas extendere volunt, juvenes in paleſtrisque areubus coram juvenculis cum timpanis ſaltantibus ſotios ſuperare ſtudent, Patres coram eis cum ſummo moderamine Victorem honorant & ſertum Virentis Olive in capite cum ſumma victoria ponunt, Mulieribus autem ſi in ſaltando preceſſit omnium generum florum coronatum ſertum in capite colloeant; Sicut & alii totius Inſule induti vadunt, ſed ad invicem neque cum aliis contrahere non volunt, ſed una intra ſe generatio coppulatur, & tam cito ſicut Puella nata eſt, ſemper dominam talem clamant & virochiri talem dicunt.

Chriſtianorum turba maxima in illo Panaghiro erat, qui omnes una cantando verſus Domum redibant, nos forte cum eis verſus Montes flondifluos & Prata Virentia accedimus, Venam argenti, auri, ſtagnique per viam ex eis unus ſapientior demonſtrat donec Civitatem olim Apteriapolim hodie Polim videmus, que jam in altiſſimo Monte per terram fere videbis. A latere Orientis fontem extra numerum laudabis, qui in amplitudinem xx. atque in Longitudinem xl. paſſus circumcirca cum inciſis lapidibus enumeravi. Ad Orientem in Valle quedam Eccleſia eſt, juxta quam ſepulcra quinque diſcoperta & aqua plena videbis, in quibus Egroti homines ob reverentiam illarum quinque prudentium Virginum, in quibus tenent ibi fuiſſe ſepulte, ſe lavant, & ex devocione purgare videntur. Verſus Occidentem Mons altiſſimus incipit, in quo homines beſtiales reſedunt, qui numquam in aliquibus ruribus atque Civitatibus fuerunt, &

in

in ſuis teguriisque Caverniis cum Uxoribus pellibus veſtitis habitant, qui quaſi per totum annum Ordeum ferinisque carnibus a Sole conbuſtis comedunt ex quibus multotiens ego guſtavi.

Viam ſublimem in anteriori parte cernimus atque a leva infinitas altiſſimasque Cupreſſorum arbores videmus, ad dexteram Mirichefala Mons & leucus ſine arboribusque Nivibus ornatis vicinis prevalet, in medio iſtorum Montium via ſtrenuiſſima eſt, que circumcirca altos habet preruptus & ita eſt arta per X. miliaria verſus Lutro, quod ſi in via alicui oviabis maximo labore cum equo volvendo te usque ad principium vie redire oportet, in qua diu quidam ex Venetorum Offitialibus cum centum octuaginta Equites in medio vie a ruſticis cum lapidibus proſtrati fuerunt, in qua ex tunc dominatio aliqua ex precepto ire non debet.

Johannis Beati, donec per amenos Campos accedimus, Eccleſia in rure maximo videtur, in qua devote intravimus omnes & cum caput digni magnis luminibus Sotii inceptant adorare vitam ſuam quam ipſemet fecerat procuravi, ubi Caloeri atque ruſtici me vilipendere inſpexere in me irruentes ſine remedio verberaverunt, ita quod ſi receſſum cito non cepiſſem in mortem me cum Sotiis incidiſſemus.

In incultam timendo omnes venimus viam donec Cacoperato flumen videmus, quod ſaxa volvente Chiſſamoſpolim olim appetere curat. Per Montes iterum iterumque avidi pergimus donec planum fertilemque rurales Caſas in magna copia videmus Holarnam olim in Monte cantando aſcendimus, ubi ex Oleaſtris ramis gaudentes omnes ſerta ponemus.

BOna itaque fide, qualis nobis Florentia devenit, poſteriorem hanc (quam Bondelmontio adſcribimus) Candiæ deſcriptionem exhibuimus, mendis plurimis, erroribusque ſcatentem, ex quibus potiorem partem haud difficulter emendare, humani Lectoris erit ſtudium; *primum* enim exempli gratia ſæpius repetitum verbum, *promontorium* ſignificare dignoſci-

gnoſcitur; vitia autem propriorum nominum ex prioris tractatus collatione brevi labore corriguntur. Ea autem quæ obſcura nimium & confuſa ſenſum verborum omnino tollunt, negligere omnino oportet, qua ratione enim ordinari valeant, penitus ignoro.

Reliquum modo eſt, ut quod ſuperius in nota octava promiſimus exequamur, urbium Cretenſium nomina exhibentes ex Joanne Meurſio, Dominico Nigro, & Chriſtophoro Bondelmontio excerpta, quæ tamen ita accipi velim, ut ne credat Lector tot fuiſſe in Creta civitates, quot nomina enuntiantur, ſed potius nonnullas ex ipſis civitatibus diverſis juxta temporum, & rerum variationes nominibus appellatas fuiſſe.

Ex iis porro primas enuntiamus, quæ ex antiquis ſeu Hiſtoricis, ſeu Geographis Meurſius ſumpſit, ex quibus eas aſteriſco * notamus, quæ ſub vario nomine iterum a Meurio ipſo recenſentur.

Achaja ſeu Achæa & Achæinea. Ex Scholiaſte Apollonii.
Æpea. Ex Stephano Byz. lib. de Urbibus.
Agrium. Ex Novella Leonis Imperatoris, urbs Epiſcopalis.
Alba. Ex Stephano.
Alloria. Ex Stephano.
Amniſus. Ex Strabone lib. X. Geogr.
Ampelus. Ex Plinio.
Amphimalla ſeu Amphimallium. Ex Strabone.
Anopolis quæ & Araden. Ex Stephano.
*Aorus, quæ deinde Eleuthere. Ex Stephano.
*Apollonia, quæ & Eleuthere. Ex Stephano.
*Apollonia, quæ & Cydonia. Ex Stephano.
Aptera. Ex Suida.
*Araden, quæ & Anopolis. Ex Stephano.
Arcades ſeu Arcadia. Ex Stephano.
Artacina. Ex Ptolemæo.
Aſus. Ex Plinio.
Aulon. Ex Stephano.

Aulo-

Aulopotamus. Ex Novella Leonis Imperatoris, Urbs Epiſcopalis.
*Axus ſeu Oaxus. Ex Stephano.
Baucus. Ex Scylace in Periplo.
Bena. Ex Stephano.
Biennus. Ex Stephano.
Bææ. Ex Stephano.
Bæba. Ex Stephano.
Cœno. Ex Diodoro Siculo.
Cale Acte. Ex Stephano.
Camara, quæ & Lato. Ex Stephano.
*Camirus, quæ & Hierapytna. Ex Stephano.
Cantanus. Ex Stephano.
Catrea. Ex Pauſania.
Caunus. Ex Stephano.
*Ceratus, quæ & Cnoſſus. Ex Strabone.
Cerea. Ex Stephano.
Chalcetorium. Ex Stephano.
Chandax. Ex Phranze.
Cherroneſus. Ex Novella Leonis Imp. urbs Epiſcopalis.
Ciſamus. Ex Plinio.
Clatos. Ex Plinio.
Cnoſſus. Ex Strabone.
Corycus. Ex Ptolemæo.
*Cremnia, quæ & Gortyna. Ex Stephano.
Cydonia prius dicta Apollonia. Ex Stephano.
Cyrba deinde Hierapytna. Ex Stephano.
Cytæum. Ex Stephano.
Dædala. Ex Stephano.
Diatonum. Ex Polybio.
Dictamnum ſeu Dyctimna. Ex Ptolemæo.
Dium ſeu Dion. Ex Plinio.
Dragmus. Ex Stephano.
Drauca. Ex Iſacio Tzetze.
Dulopolis. Ex Suida.

Eina-

Einatus. Ex Stephano.
Elea. Ex Plinio.
Eleuthere, quæ & Aorus & Apollonia. Ex Dione Caſſio.
Eleutheræ, antea Satra. Ex Stephano.
Elyrus ſeu Salyrus. Ex Stephano.
Erythrea. Ex Floro.
Etea. Ex Stephano.
Gortyna, quæ olim Lariſſa & Cremnia. Ex Stephano.
Gramia. Ex Heſychio.
Grammium. Ex Stephano.
Heraclea ſeu Heraclium. Ex Ptolemæo.
Hierapolis. Ex Plinio.
Hierapytna prius Cirba, & Pytna & Camirus. Ex Stephano.
Hippocoronium. Ex Strabone.
Holopyxos. Ex Plinio.
Hydramia. Ex Stephano.
Hyrtacus ſeu Hyrtacinus. Ex Stephano.
Hyſtoe. Ex vetere interprete Germanici.
Ilattia. Ex Stephano.
Inachorium. Ex Ptolemæo.
*Inatus, quæ & Einatus. Ex Stephano.
Iſtrus. Ex Stephano.
Itanus. Ex Herodoto.
Lampa ſeu Lappa. Ex Novella Leonis Imperatoris, Urbs Epiſcopalis.
*Lariſſa, quæ & Gortyna. Ex Strabone.
Laſæa. Ex Actis Apoſtol. cap. XXVII.
Laſus. Ex Plinio.
*Lato, quæ & Camara. Ex Stephano.
Lebena. Ex Plinio.
Liſſus ſeu Meliſſa. Ex Ptolomæo.
Lycaſtus. Ex Plinio.
Lytus. Ex Strabone.
Marathuſa. Ex Plinio.
Matalia ſeu Matium. Ex Plinio.

* Me-

*Meliſſa ſeu Liſſus. Ex Ptolemæo.
Metallum, idem ac Liſſus.
Miletus. Ex Plinio.
Minoa. Ex Strabone.
Mycenæ ſeu Myrina. Ex Vellejo Paterculo.
Naxus. Ex Suida.
Oaxus ſeu Axus. Ex Stephano.
Olerus. Ex Stephano.
Olus ſeu Olulis & Olyſſa. Ex Strabone.
Osmida. Ex Scylace.
Pan. Ex Scylace.
Pannona. Ex Ptolemæo.
Panormus. Ex Plinio.
Pantomatrion. Ex Ptolemæo.
Paxus. Ex Scylace.
Pergamea ſeu Pergamum. Ex Vellejo Paterculo.
Phæſtus. Ex Heſychio.
Phalanna. Ex Stephano.
Phalannæa. Ex Stephano.
Phalaſarna. Ex Strabone.
Pharæ. Ex Plinio.
Phœnicus. Ex Stephano.
Phœnix. Ex Strabone.
Pœcilaſium. Ex Ptolemæo.
Polichna. Ex Stephano.
Polyren ſeu Polyrhenia. Ex Ptolemæo.
Præſus. Ex Stephano.
Priæſus. Ex Stephano.
Pſychium. Ex Stephano.
Pylorus. Ex Plinio.
Pyranthus. Ex Stephano.
Rhamnus. Ex Ptolemæo.
Rhaucus. Ex Æliano.
Rizenia. Ex Stephano.
Rhithymnia ſeu Rhitymna. Ex Plinio.

Rhytium. Ex Strabone.
*Salomon. Ex Beda, perperam Civitas dicta.
*Salyrus ſeu Elyrus. Ex Stephano.
*Satra, deinde Eleuthernæ. Ex Stephano.
Sibyrtus ſeu Subrita. Ex Ptolemæo.
Sitea. Ex Novella Leonis Imperatoris, urbs Epiſcopalis.
Stelæ. Ex Stephano.
Strenus. Ex Stephano.
Syia. Ex Stephano.
Syrinthus. Ex Stephano.
Tanus. Ex Stephano.
*Tarba. Ex Ptolemæo, quam eamdem eſſe cum Tarrha autumat Meurſius.
Tarrha. Ex Scholiaſte Apollonii.
Tegea. Ex Vellejo Paterculo.
Thennæ. Ex Callimacho.
Therapnæ. Ex Julio Solino.
Thireſca. Ex Theophraſto.
Tripodus. Ex Diodoro Siculo.

Omnes itaque Cretenſes civitates a Meurſio lib. I. ſui tractatus alia ex alia recenſitæ, atque aſteriſco * a nobis minime notatæ, numero ſunt CXXVII. quibus addenda videretur urbs Vienna nomine, quam ipſe Meurſius lib. IV. cap. VII. enuntiat ex Stephano his verbis: *Vienna Urbs Cretæ. Eſt & altera urbs in Gallia. Nam cum ſiccitas aliquando totam Cretam infeſtaret, colonias in alia loca deduxerunt, & in his Hydruntem Italiæ, quæ tunc nondum condita erat, verum oraculo ipſis dato, ubi locum maxime paluſtrem cernerent, illic uti ſedem figerent, cum ad Rhodanum Galliæ fluvium, qui paluſtris erat, perveniſſent, ibi ſibi domicilium elegerunt, atque urbem eo nomine appellarunt; quia virgo quædam nomine Vienna, ex illis quas adduxerunt, choreas agens, terræ hiatu abrepta eſſet.* Enumerandæ modo ſunt eæ Cretæ urbes, quas Dominicus Niger & Chriſtophorus Bondelmontius protulerunt.

Ex

Ex Dominico Nigro.

*Caſtrum S. Niquetæ, olim Phœnix.
Cherſoneſus parva.
*Ciſamopolis ſeu Ciſamus.
*Cyteon ſeu Candia, quæ & Chandax.
*Dion ſeu Matium.
*Elotis ſeu Gortyna.
Ilitoſpolis, fortaſſe quæ Ilattia. Ex Stephano.
Itanoſpolis, fortaſſe quæ Itanus. Ex Herodoto.
Lyctonia. Ex Homero.
*Matallum ſeu Matalia.
*Milopotamum, olim Pantomatrion.
*Pholaarna idem cum Phalaſarna.
*Picorna, olim Minoa.
Praxum fortaſſe idem ac Paxus.
*Priotiſſa olim Pſychium.
*Rythymna ſeu Rythius, deinde Retemum.
*Selinum olim Pœcilaſium.
*Setia olim Heraclium.
*Subrita ſeu Sybirtus.
*Suda olim Amphimallis.
*Thalaſſa ſeu Camara.

Ex Chriſtophoro Bondelmontio.

Aperiapolis.
*Antoſpolis ſeu Anopolis, olim Polirenia.
*Belveder ſeu Riſocaſtro, olim Artacina.
Boniſatium.
Calamona.
Calenus, olim Succeta.
Carapina.
Caſtellum novum.
*Cheraton idem ac Cæratus.

*Colucon olim Dion.
Coſo oppidum.
Chitina.
Elacos.
*Folerna idem ac Pholaarna ſeu Phalaſarna.
*Gandacum ſeu Candia.
Gagium ſeu Gangium.
Iſtrina olim Molopiexopolis.
Lephtinæ.
*Leuchaneæ, quæ & Cydonia & Carea.
Macritico olim Philopolis.
*Molopiexopolis poſtea Iſtrina.
*Nichiton Sanctum ſeu Caſtrum S. Niquetæ.
Olopixopolis.
*Pachiamo olim Panormus.
Pediata.
*Philopolis nunc Macritico.
*Polirenia nunc Anopolis.
Serapolis ſeu Sercopolis.
*Spichium ſeu Pſychium.
*Succeta, nunc Calenus.
Themnos.

Has urbes, quæ apud Meurſium ſupra centum enumerantur, apud Nigrum & Bondelmontium autem imminuto longe hoc numero pauciores recenſentur. Andreas Cornelio in ſuo Rerum Cretenſium ms. Chronico centum omnino enuntiat, & Geographico quodam ordine digeſtas diſtribuit. Neque diſſimulaverim, eas inter nonnullas eſſe quarum nusquam appellatio occurrit ſive apud Hiſtoricos, ſive apud Geographos, quibus hæc nomina prorſus ignota fuerunt, quæ idcirco Elenchum Meurſii & aliorum augerent. At cum Chronologus noſter nullum adducat teſtimonium, aut documentum afferat ad fidem faciendam, tantum illi adhærendum erit, quantum cuique ejus authoritati deferendum videbitur. Re in integro relicta, nec quidquam ponderis addendo,

dendo, vel detrahendo illius dictis, origines affero quarumdam ex hiſce urbibus, prout exponuntur ab eodem Chronologo, qui ut omnium accuratiſſimum ſe exhibuit in rebus deſcribendis, quibus aut ſinchronus fuit, aut ſuppar, ita in antiquis traditionibus adoptandis nimiam oſtendit facilitatem, præſertim in ea regione, ubi incolæ fabulis Gentilium, & vulgi commentis redundant. Quod ita de urbium origine intelligi velim, ut ad res alias etiam extendatur, quas ipſe admiſcet in urbibus enumerandis, quæ ſunt:

I. Grammium ſive Serapolis, in cujus porta cum ignotæ omnino litteræ exculptæ eſſent, nomen urbi venit. Diruta & ſolo æquata nunc vocatur Rimapolis nempe Civitas deſerta, ſeu Civitas Mercurii; utroque enim nomine vertitur Græcum vocabulum. Rudera ejus potiori ex parte in mari conſpiciuntur. In hac civitate ſcripſerunt antiqui Vates, olim habitaſſe Gigantes ad ſtaturam Cubitorum XL. de quibus fabulantur, quod Jovi bellum intulerint. Quod tamen veriſimile eſt, hoc in loco ſteterunt Gigantes famoſi, quorum mentio eſt in Sacra Geneſi, idque pluribus exemplis probare conatur Andreas citatus, oſſa & cadavera Gigantum aſſerens in Creta Inſula, & præcipue apud ruinas hujuſce civitatis reperta fuiſſe, quæ communem hominum ſtaturam decies ſuperabant, ita ut ſolum caput dolii magnitudinem pene æquaret. Rei hujus fides ſit, (ut ſuperius profeſſus ſum) apud authorem.

II. Amniſus non longe a Serapoli, nunc Sithia vocatur, urbs apud Latinos Epiſcopalis.

III. Clatos ſive Ilarium a Sethia diſtans IV. millia paſſuum, ubi nunc exiſtit Monaſterium Sancti Antonii.

IV. Preſſos, cujus ruinæ ſuper collem a Sethia procul VIII. mille paſſibus apparent, eamque everterunt Hierapitnii, ut ſcribit Strabo, qui & refert Eteocretum urbem fuiſſe, ex qua adducebantur canes celeberrimi.

V. Aſſos ſive Aſus Sethiam ex Oriente reſpiciens, cujus veſtigia in arduo monte ſuperſunt, vocaturque modo locus [illegible] ab incolis *Leoperro*.

VI.

VI. Aloria, ad quam in prærupto monte poſitam per unicam aſcendebatur viam, cujus urbis rudera diſtant a Sethia XV. mill. paſſuum, vocaturque nunc Monsfortis, Italice Monſorte.

VII. Siletium ſive Sirinthios (fortaſſe Syrinthus, cujus meminit Stephanus Byz.) non procul a Caſali *Sichia*, ita a quodam fiſtulæ modulatore nuncupata.

VIII. Aipia ſic vocata, quia in litore maris poſita erat, ubi nunc viſitur Monaſterium Sanctæ Mariæ d' Acrotiriani verſus Sethiam.

IX. Alba ab Italis ex Latio digreſſis olim exculta modo dicitur Paleocaſtrum Sethiæ apud Sulmonem Promontorium.

X. Hierapytna nunc Gerapetra, urbs olim, ut ex ejus ruderibus apparet, nobiliſſima.

XI. Dittea ſeu Dictamnum fortaſſe ex Dictamno herba, qua referta eſt univerſa Inſula, & hic maxime abundat. Proxima eſt Monti Dictæ ſeu Dicteo, in quo natus Jupiter perhibetur.

XII. Oleros non longe ab Hierapytna; cujus incolæ ſacra Minervæ faciebant, nunc Caſale eſt Meſſeleris dictum.

XIII. Iſtros, *quam Artemidorus Iſtrona dicit*, ab Iſtriis juxta mare Jonium habitantibus ædificata, non longe eſt a flumine, quod Iſtrona vocant.

XIV. Citheum ſive Gandacum urbs ad mare poſita, ubi nunc Candia Regni Metropolis.

XV. Elæa ſive Caragithia nunc Paleocaſtrum Candiæ Fraſchiam reſpiciens.

XVI. Lycaſtus non longe a Candia, vocaturque hodie locus Alicaſtes.

XVII. Cnoſſus ſeu Cæratus urbs olim nobiliſſima ibi poſita, ubi modo Macritico.

XVIII. Minoa ad Minois Regis honorem ædificata.

XIX. Einatus apud Cnoſſum, ubi Lucina cognomento Einatina colebatur.

XX. Pannon. apud Montem, qui Græce Givitos dicitur, a quo-

a quodam Catuli filio qui urbem ædificavit, nomenque ſuum monti dedit, quod Italice mons Jovis vertitur.

XXI. Apollonia apud Cnoſſum, ubi ſolus Apollo cultum habebat. Ex ea prodierunt Eleuther Apollinis filius & Digenes.

XXII. Temenes a Callimacho Thenæ vocata Cnoſſo proxima, nunc Oppidum Temene nuncupatur, quod familiæ Quirinæ in phœudum Senatus aſſignavi.

XXIII. Tarrha, quæ hodie eſt Caſale Apollonum.

XXIV. Milethus, quam a Lyxiis & Cnoſſiis inter quos ſita erat, dirutam fuiſſe ſcribit Andreas Cornelius.

XXV. Lyctus urbs olim poſita, ubi nunc eſt Caſale *Vida* nuncupatum, inter cujus rudera inventum fuit ſimulacrum marmoreum, ad cujus pedes inciſa erant hæc verba: *Emborinus Rex.*

XXVI. Manethuſa ſive Marathuſa deinde Strongilopoli dicta non longe a Lycto poſita viſebatur. Memoratur iterum num. LXXXXIV.

XXVII. Erithrea urbs ad excipiendos peregrinos deſtinata, in qua Junonis templum exurgebat, hodie eſt Caſale *Tra* nomine.

XXVIII. Leo urbs in Leone Promontorio ædificata Erithreæ civitati proxima, in qua pariter advenæ & peregrini hoſpitabantur.

XXIX. Aſteruſa olim urbs, nunc oppidum Aſtrizzi nuncupatum. Nullam hujus civitatis mentionem agunt neque Dominicus Niger, neque Bondelmontius, at Joannes Meurſius, qui nullam enuntiat in ſuo Catalogo hujus nominis urbem, Aſteruſiam montem effert ex Steph. Byz. unde Cretenſium colonia ad Caucaſum montem delata Aſteruſiam civitatem ædificavit: *Aſteruſia mons Cretæ ad Meridionalem partem mare ſpectans: unde & urbs Indica ad Caucaſum ſita, Aſteruſia appellata eſt, miſſa eo Cretenſium colonia.*

XXX. Araden a civibus Aſteruſæ fundata.

XXXI. Cheroneſus apud Promontorium Aſprilimiones vocatum.

XXXII.

XXXII. Itanus ſeu Inatus ab Itano viro Phœnice ædificata, ad Caſalis anguſtias redacta eſt, vocaturque Itagnia.

XXXIII. Chieriſſoniſſos urbs ad maris litus poſita & ipſa in Caſale ejusdem nominis converſa eſt.

XXXIV. Amicla a nemine ex ſcriptoribus memorata nomen accepit a conditore ſuo Amicla Atridæ Lacedemonis filio in eo loco, ubi nunc exſurgit arx Spinalonga vocata.

XXXV. Arcadia, olim Archeron dicta, eo quia Saturnus ſceleſtos homines ibidem profligaſſet, & loci incolas ab homicidis tutatus eſſet.

XXXVI. Caunos urbs, cujus nomen vertitur amor infirmus, hocque vocata fuit nomine, eo quia ibidem quidam ſororem ita perdite amaverit, ut ex amoris violentia perierit.

XXXVII. Theras ſeu Oros ſupra montem ædificata apud Arcadiam; modo diruta Caſale eſt, vocatum Viciglia.

XXXVIII. Jeragna, quæ & Piſanatum modo oppidum eſt Pirachi nomine.

XXXIX. Ampilos ſive Raucos urbs ſita in loco, qui nunc Anbelos dicitur apud Caſale Aſcendi.

XL. Aptera olim urbs, nunc Caſale Sancti Thomæ. Memoratur iterum num. LXXIV.

XLI. Pannona apud Gortynam olim ædificata, nunc Caſale eſt ab incolis Caſale novum nuncupatum.

XLII. Gortyna, quæ & Lariſſa & Cremnia dicta fuit, ab Agarenis everſa, nunc a paſtoribus & agricolis exculta Caſale Agias Decha, ideſt Decem Sanctorum dicitur. Ex hujus urbis ruinis erutæ fuerunt quatuor eximii marmoris columnæ, quæ januas Aulæ Collegii magni Venetiarum mire exornant.

XLIII. Lebena urbs, navale olim Gortynæ, cujus meminit Homerus lib. II. Iliad. nunc ad Caſale redacta vocatur Metropolis, plurimaque aſſervat ruinis obruta antiquæ magnificentiæ veſtigia.

XLIV. Biennus nomen habuit a violentia, qua adverſus Martem uſi ſunt Othus & Ephialtes Neptuni filii, a quibus deinde, ut juſtam Numinis iram placarent, ad ipſius nominis

minis decus ludi inſtituti fuerunt, Hecatonſonii nuncupati, eo quia in ipſis centum humanæ victimæ mactabantur. Hujus civitatis incolæ ob nimiam loci ficcitatem patriam deſerere deinde coacti fuerunt, pergentesque in Italiam ad litus Magnæ Græciæ, ubi nunc Hydruntum exſurgit, urbem ædificare adorti ſunt. Quum autem ab Oraculo accepiſſent, paludes ſibi quærendas ad domicilia figenda in Aſiam transmigrarunt, ibique in Provincia Galilææ urbem extruxerunt Reamque appellarunt ex nomine cujusdam eorum Virginis ibidem terræ hiatu abſorptæ.

XLV. Phæſtus a Phæſto Rhopali filio Herculis nepote, qui eam condidit, nomen ſuſcepit. A Minoe civibus auctam, & a Gortyniis everſam fuiſſe, ſcribit Strabo, ejusque cives, ut refert Soſicrates apud Athenæum, *in facetiis dicendis a prima pueritia exercebantur*. Patria fuit, ut refert Plutarchus, Epimenidis Poetæ, de quo cum mirabilia plurima a Scriptoribus enuntientur, addit etiam Andreas Cornelius, authorem fuiſſe, ut Athenis erigeretur ara IGNOTO DEO, de qua ſermonem habuit in Areopago Paulus Apoſtolus.

XLVI. Bliſſa ſeu Eliros, de qua traditur ſic dictam fuiſſe ab Elauro humanarum carnium voratore; Aſſignata deinde fuit ad excipiendos advenas Cretam appulſos.

XLVII. Crineus ſeu Sya navale Elyri, cui proxima erat, urbs parva, & a paucis habitata dum in Eliro degeret Elaurus Atropophagus.

XLVIII. Rhytium urbs Gortynæ, cui parebat, proxima.

XLIX. Myrina ſeu Tegea a Taltybio fundata in loco, qui modo Calus Limiones appellatur.

L. Tarba urbs non procul a Myrina.

LI. Matalia olim navale Gortynæ, nunc Caſale eſt Maſalò nuncupatum.

LII. Rythmnia nunc Rethimus, urbs apud Latinos Epiſcopalis.

LIII. Pylorus ſeu Sicandrum, quo nomine etiam vocata fuit, urbs olim, nunc Caſale Polis apud Rethimum.

LIV. Aulon ſic dicta ab incolis, qui ſonitu fiſtulæ delectabantur, poſtea dicta fuit Calognia.

LV. Priesnis (fortaſſe Priæſus) urbs, in qua erat Apollinis Delubrum.

LVI. Herculea ab Hercule, qui ibidem colebatur, nuncupata. Heracleum vocat Strabo; Navale Cnoſſi erat.

LVII. Dium urbs mediterranea apud Rethimum.

LVIII. Panormus urbs ſupra collem ædificata, cujus rudera adhuc ſuperſunt.

LIX. Holopixos, quæ & Axus in Caſale converſa nomen ſuum Axos adhuc retinet.

LX. Aorus ab Aora Nympha, nomen deinde accepit Eleuthera ab Eleuthere Curete, quam Plinius Eleuthernam vocat. Unica itaque urbs eſt Eleuthera & Eleutherna, quam Meurſius in duas civitates partitur. Unde addiſcimus ex paribus corrupti nominis æquivocis originem habuiſſe adeo dilatatum Cretenſium civitatum numerum.

LXI. Laſus, quæ & Præſus (duas facit Meurſius) in maris litore ſita non longe a Rethimo.

LXII. Stelæ inter Præſum, & Rithymniam olim ædificata.

LXIII. Aerea, quæ & Idea apud montem Idam erecta, ubi natus Jupiter perhibetur.

LXIV. Subrita urbs olim poſita, ubi nunc eſt Caſale Siaritos.

LXV. Cydonia olim Apollonia vocata ab Apollonio, qui eam ædificavit, cujus filius Cydon cum urbem ampliaſſet, nomen ſuum illi indidit, quam poſtea incolæ vocarunt *la Canea*.

LXVI. Amphimalis apud portum olim Amphimalium, nunc della Suda nuncupatum, a ſuo conditore Amphimalio nomen habuit.

LXVII. Dictynna ſeu Dædala, de qua Strabo, hodie Paleocaſtrum Caneæ eſt in colle poſitum, quod vocant Cadamura.

LXVIII. Pſychium urbs ad Caſale redacta nomen paullulum immutavit Pſigots appellata.

LXIX.

LXIX. Hippocoronium ſive Tanus hodie Caſtrum Apricornium.

LXX. Oaxus urbs in colle ædificata nomen ſortita eſt ab Oaxo fluvio, prope ipſam decurrente. In ea regnavit Etearchus.

LXXI. Hieronhoros ideſt mons ſacer, quæ & Caunus vocabatur apud montem Cadiſcum.

LXXII. Lephtine ſeu Hydramia hodie Caſale Dhamia eſt.

LXXIII. Chiſſamus ſeu Chiſſamopolis, nunc oppidum eſt ejusdem nominis.

LXXIV. Aptera non *ita dicta*, *quod Sirenes cum Muſis contendentes ac victæ alas ibi abjecerint*, ſed ab Aptera Rege, qui eam condidit, nominata apud Chiſſamum ſita erat mare proſpiciens. Hanc ſecundo recenſet Cornelius.

LXXV. Polyrenium, *quod multas oves haberet*, urbs ita nuncupata; apud quam Dianæ cognomento Dictinnæ Templum viſebatur.

LXXVI. Corycus ſupra promontorium ejusdem nominis ædificata, inter cujus rudera exurgit Eccleſia Divo Georgio Martyri ſacra. Promontorio nomen deinde indiderunt Capo Spada.

LXXVII. Rhamnus urbs olim poſita juxta portum Grabruſarum modo nuncupatum.

LXXVIII. Phalerna ſeu Phalaſarna nunc Oppidum, cui nomen Alicambo. Eo in loco cum degerent flagitioſi homines, & viarum graſſatores a Hieronymo Cornelio Militiarum in Creta Præfecto, Senatus Veneti juſſu, profligati, contritique fuerunt, locusque ad deſertum deductus.

LXXIX. Sfachia olim Sfactiria loci ſecuritate, & aeris ſalubritate celebrata, cujus incolæ ſermonis eloquentia, & ſagittandi peritia cæteris Cretenſibus præſtabant, ad rapinas & cædes promptiſſimi; quorum vitia neque parva, neque pauca numerantur.

LXXX. Phœnix hodie Lutro apud portum Sfachiæ proximum.

LXXXI. Olus, quæ & Phœnicus nunc locus eſt Finicha dictus.

LXXXII. Inachorium Civitas prope Promontorium ejusdem nominis ab incolis nunc Sfinari vocatum.

LXXXIII. Hierapolis ſcilicet Civitas ſacra, in qua plurima viſebantur deorum delubra, civesque omnes ſacra facientes ex advenarum eleemoſinis vivebant.

LXXXIV. Wlcania a Minoe ædificata apud mare, in qua Wlcanum præcipuo cultu incolæ venerabantur.

LXXXV. Lappa ſeu Rhizenia ad radices collium poſita.

LXXXVI. Lampa ab Agamemnone condita.

LXXXVII. Mycanæ, quam ædificari juſſit Agamemnon.

LXXXVIII. Pergamea, cujus conditor fuit Agamemnon.

LXXXIX. Tegea, quæ Agamemnonem fundatorem agnoſcit.

XC. Candanos ad extraneorum receptionem aſſignata.

XCI. Philopolis ſeu Dulopolis, ad quam confugere ſolebant ſervi e Dominorum captivitate fuga elapſi.

XCII. Pantomatrion aquis redundans.

XCIII. Pharæ urbs diruta.

XCIV. Marethuſa ſeu Corion a quadam Virgine ædificata, in qua Templum erat Minervæ ſacrum.

XCV. Bææ, de cujus fundatione multa fabuloſa & inepta narrantur.

XCVI. Camara, quæ & Latoa nuncupabatur.

XCVII. Artacina, quæ & Itanos.

XCVIII. Liſſus ſeu Liſſia.

XCIX. Pœcilaſium.

C. Curſus civitas ædificata a Curete Jovis nutritio, qui catapultas ad uſus bellicos adinvenit.

Hæc Andreas Cornelius in Chronico, qui in exponendis veterum civitatum exordiis nonnulla aliquando immiſcet ex Cretenſium commentis nimis facile excerpta, inepta prorſus, nec ſcitu digna, quæ conſulto prætermiſi.

CRE-

RUINÆ CIVITATIS GORTINÆ EX TOURNEFORTIO.

CRETAE SACRAE

PARS SECUNDA.

PRæmiſſa ex digno fide ſcriptore regionum Inſulæ deſcriptione, quæ & in rem ſufficiat, & Eccleſiis aliquibus illuſtrandis accidat opportuna, age nunc Epiſcoporum ſeriem in ſuis reſpective ſedibus aggrediamur. Rectus autem rerum ordo poſtulat, ut a Metropolita initium faciam, qui Gortynæ ſedebat. Nimirum Gortyna, cujus nunc rudera tantum, & pene ſepulta ſuperſunt veſtigia, fuit olim Regni Inſulæque caput, cui deinde Candia ſucceſſit a Saracenis ædificata cum anno 823. (ut opportuno loco dicendum erit) Cretam armorum vi occupatam, & Byzantino Imperio ademptam in ſuam poteſtatem redegerunt. Gortynenſis Epiſcopatus ſua duxit exordia ab Apoſtolo Gentium Divo Paulo, qui poſt alias, atque alias Orientis regiones pedibus Evangelicis perluſtratas ex Hiſpania redux Cretam venit, Tito Diſcipulo comitante, ut novam ibi Eccleſiam in florentiſſimo Regno excitaret.

Inco-

Incolas Idololatriæ tenebris cæcutientes invenit, & falſo Deorum cultui addictos. Jovem in primis colebant, quem in Inſula ſua ortum & ſepulcrum habuiſſe, gloriabantur, eaque de cauſa totam illi Inſulam ſacram, & devotam fecerant. Cretenſibus indigenis multitudo ingens Romanorum, ac Hebræorum erat admixta, qui moribus, ac Religione utcumque inter ſe varii ac diſcordes, in hoc tamen mirifice conſentiebant, quod Chriſtianum nomen execrarentur, & ſupra quam dici poteſt, infectarentur. Animos igitur morum indole, & præjudicatis opinionibus Religioni Chriſtianæ infenſiſſimos invenit Apoſtolus, & nichilo tamen ſecius Evangelici ſeminis jacti uberem adeo fructum percepit, ut brevi novam Cretenſem Eccleſiam conſtituerit coactis in Evangelii, & fidei unitatem Cretenſibus incolis, & Judæis a Synagoga avulſis. Fidelium tamen a Judaismo numerus longe minor fuit, quam ab Idolatria incolarum; licet aliqui ex Judæis Cretenſibus, ut referunt Apoſtolica Acta cap. 2. Jeroſolymis tempore Paſſionis Dominicæ commorantes, & ad Apoſtolorum variis linguis loquentium prædicationem convenientes, mente confuſi ipſos audiviſſent patria etiam Cretenſium lingua loquentes magnalia Dei, cujus proinde prodigii fratribus ſuis in Creta degentibus enarratores eſſe poterant, & teſtes. *Cretes & Arabes audivimus eos noſtris linguis loquentes magnalia Dei.*

Quot autem labores & quantos Apoſtolus exantlaverit apud feroces illos, & indociles animos ad ſuave Chriſti jugum adducendos, & in Chriſtiana modeſtia, ac manſuetudine continendos, conſtat ex epiſtola, quam Tito diſcipulo chariſſimo ſcripſit. Ut erat ſuperna luce illuſtratus in regendis Eccleſiis, quas conſtituerat, cum Neophitis Cretenſibus durius aliquanto & aſperius agebat, quam cum multis aliis conſueſceret, quibuscum mirifica lenitate & ſuavitate utebatur. Optime ſane, & divino plane conſilio, ſiquidem præduros homines, & proprii ſenſus tenaciſſimos nulla alia ratione edomare potuiſſet. In converſione & regimine Cretenſium

tenſium Judæos præſertim habuit moleſtiſſimos, cervicoſam gentem fallaciis plenam, & fabulis addictiſſimam, quas novo gregi venditabat. Hæc omnia aperte eruuntur ex ejusdem Apoſtoli Epiſtola, quam ad Titum diſcipulum & ſuæ peregrinationis comitem tunc Cretæ, ubi eum conſtituerat Epiſcopum, degentem miſit, in qua hæc leguntur: *Reliqui te Cretæ, ut ea, quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per civitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi ..... Sunt enim multi etiam inobedientes vaniloqui & ſeductores, maxime qui de circumciſione ſunt, quos oportet redargui, qui univerſas domos ſubvertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipſorum Propheta: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Teſtimonium hoc verum eſt; quam ob cauſam increpa illos dure, ut ſani ſint in fide:* Prophetam hunc *proprium* Cretenſium aſſerunt plerique ex iis, qui apoſtolicas epiſtolas commentariis illuſtrarunt, fuiſſe Epimenidem celeberrimum Poetam Epicum, ſiquidem ipſe, ut refert Apulejus lib. 2. Floridor. natione Cretenſis erat, & cum mira multa licet fabulis immixta de ipſo traderentur, a concivibus ſuis, ut teſtantur Laertius, & Cicero l. I. de Div. veluti Propheta futurorum præſcius habebatur. Et ob minus fauſta vaticinia quidem Epimenidem a Lacedæmoniis occiſum fuiſſe, ſcribit Pauſanias in Corinthiacis: *Ante ædem Minervæ ſepulcrum eſſe, ajunt, Epimenidis, Lacædemonios enim bellum cum Cnoſſis gerentes vivum cepiſſe Epimenidem, atque captum occidiſſe, quod prædicaret minus læta, ac ſublatum eo in loco tumulaſſe.* Nec deſunt tamen, (ut notat ad hanc Pauli ſententiam Franciſcus Orlandius in Orbe ſacro & prophano par. I. lib. III.) *qui teſtimonium hoc ad Callimachum Cyreneum referant, apud quem initium hujus carminis reperitur.* Sunt autem verba Callimachi in Hymnis hæc: *Cretenſes ſemper mendaces etenim ſepulcrum, o Rex, tuum Cretenſes fabricarunt.* Unde in Epiſtolam Sancti Pauli ad Titum ſcribens Sanctus Hieronymus: *Sunt, ait, qui putant hunc verſum de Callimaco Cyrenenſi ſumtum, & aliqua ex*

ex parte non errant ; ſiquidem & ipſe in laudibus Jovis adverſus Cretenſes ſcriptitans, qui ſepulcrum ejus ſe oſtendere gloriabantur, ait, Cretenſes ſemper mendaces, qui & ſepulcrum ejus (Jovis) ſacrilega mente fabricati ſunt. Verum enimvero, cum Callimachus nullo modo proprius Cretenſium Propheta appellari poſſit, teſtimonium ab Apoſtolo adductum ad Epimenidem, cui mage titulus Cretenſis Prophetæ congruit, referendum eſt. Sive tamen Epimenides, ſive Callimachus fuerit, cujus verba adverſus Cretenſes protulit in epiſtola ſua Divus Paulus, nihil mirum videri debet Prophetam Cretenſium vocitari, ſiquidem ut ſcribit Ludovicus Cælius Rhodiginus Lectionum Antiq. Lib. VII. cap. XLV. *Euripidis teſtarum monumentis eſt ; quos vocant Jovis Prophetas in Creta non carnibus modo, ſed & coctis omnino abſtinuiſſe cibis.* Plura ſuper hoc Sancti Apoſtoli teſtimonium afferunt ſupralaudatus Orlandius & Cornelius a Lapide in commentariis ſuper eandem Epiſtolam. Quales autem fuerint Cretenſium peſſimi mores, docent plurimi tum Græci, tum Latini Scriptores, & præcipue ſupracitatus Rhodiginus lib. VIII. cap. XXX. & lib. X. cap. XXVI. qui & de aliis Cretenſium conſuetudinibus agit lib. III. cap. IV. lib. VIII. cap. XXI. & lib. XIII. cap. XLIX.

Si igitur labores Apoſtoli, & percepti inde fructus in nova Eccleſia fundanda attendantur, primus Gortynæ, atque adeo totius Inſulæ Epiſcopus dici, ac ſtatui deberet. Sed cum Apoſtoli ex divina miſſione, ut notum eſt, ubique Gentium eſſent Epiſcopi, propterea Cretenſium Epiſcoporum ſeries a Tito ejus diſcipulo potius eſt deducenda; Titum enim Apoſtolus ipſe Cretenſi Eccleſiæ Paſtorem dedit collata ei authoritate, ut per civitates conſtitueret Presbyteros, ideſt Epiſcopos, ut optime hoc loco notat Cornelius a Lapide. Quamvis autem omnes Inſulæ Epiſcopatus Titum communem Patrem & Epiſcopum agnoverint, Archiepiſcopatus tamen Gortynenſis Sanctum virum ſibi veluti peculiarem Antiſtitem vindicat, eo quod ipſa Gortynæ civitas, ut totius regni caput erat, omnium Regni Eccleſiarum Apoſtolica authori-

thoritate Metropolis evaſit. Et Titum quidem non tantummodo unius Eccleſiæ Epiſcopum, ſed & plurium Eccleſiarum Præſulem Metropolitam ab Apoſtolo Paulo conſtitutum fuiſſe, doctiſſime probat Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis in opere de Concordia Sacerdotii & Imperii lib. I. c. III. n. II. ubi Metropoliticam dignitatem ab Apoſtolis inſtitutam fuiſſe docet, & inter cæteras Metropolim Cretenſem : *Eccleſias ad exemplum Romani Imperii per provincias ab Apoſtolis ita tributas fuiſſe, ut inter fratres, ejus Epiſcopi prima ſententia haberetur, cui Metropolitanæ Urbis Epiſcopatus concreditus fuiſſet, abſque ullo negotio probari poteſt. Inde eſt quod epiſtola Petri Canonica Chriſtianos, ad quos eſt data, provinciarum Romanarum limitibus circumſcribat: Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, & Aſiæ. Quæ ratio provinciarum in Eccleſiaſtica diſpoſitione ſemper viguit, adeo ut Nicomedia Bythiniæ, Cæſarea Cappadociæ, Amaſea Ponti, Epheſus Aſiæ Proconſularis primatum Metropoliticum præ cæteris provinciarum illarum civitatibus obtinuerint. Idem jus Ancyra apud Galatas ſemper ſibi vindicavit, ita ut Ancyrana Eccleſia inter Apoſtolicas eo nomine a Julio I. apud Athanaſium recenſeatur, quod Eccleſiis Galatiæ Provinciæ, cujus Metropolim Ancyra teneret, Paulus epiſtolam ſuam direxerit. Hoc Apoſtolorum fuiſſe propoſitum illuſtrius ſane oſtendi non poteſt, quam ex demandata Tito Cretæ Inſulæ ſollicitudine, ut Presbyteros (ſeu mavis Epiſcopos, ut ipſemet Paulus ſequenti verſiculo interpretatur) oppidatim conſtitueret. Manus imponitur Epiſcopis a Synodo provinciæ, cui ſaltem tres Epiſcopi præſentes interſint, cæteris ſcripto conſenſum præbentibus, ſed ea lege, ut Metropolitano τὸ κῦρος decretum, & totius negotii authoritas ſervetur, juxta canones Nicænos. Hanc formam non aliunde profectam cenſere par eſt, quam ex Apoſtolorum inſtitutione, quæ a Paulo hic delineatur. Ordinatio equidem fit a collegio & cœtu Epiſcoporum, per impoſitionem manuum Presbyterii, ſed ea conditione, ut unus aliquis potiori jure decretum interponat ad vicem Titi qui diſponendam, & ordinandam Provinciam a Paulo ſuſcepit. Unde*

fluxit, ut Creta Provinciæ Eccleſiaſticæ & Gortyna civitas metropoliticum privilegium illius Inſulæ eximium ſemper habuerit, ac deinde inferius lib. VI. cap. I. num. V. *Supereſt nunc ut probemus aliam obſervationem, nimirum Apoſtolos, quum Eccleſias diſtribuerent in Provincias, in animo habuiſſe, ut in iis corpus Epiſcoporum ſtatueretur ſub præſidentia Epiſcopi Metropoleos. Evidens ejus rei argumentum extat in epiſtola Pauli ad Titum, ubi ſcribit, ſe illum reliquiſſe Cretæ, ut conſtitueret Presbyteros per civitates. Ecce Metropolitani inſtitutionem. Atque is quidem habet authoritatem ordinandi Presbyteros, ideſt Epiſcopos, juxta interpretationem ipſiusmet Pauli in verſiculo ſequente, Sancti Hieronymi, Sancti Joannis Chryſoſtomi, & aliorum veterum, ita tamen ut eos ordines, in unaquaque urbe, κατὰ πόλιν. Ecce integrum conſilium politiæ Eccleſiaſticæ. Epiſcopi in urbibus provinciæ, qui ab uno quodam Epiſcopo ordinantur, quamvis cum conſortio ſuorum collegarum per impoſitionem manuum Presbyterii: Univerſi quidem Epiſcopi manus imponunt Epiſcopo, ſed uni tantum competit jus tribuendi vim ordinationi, veluti Tito apud Cretam, & ad exemplum illius unicuique Metropolitano in ſua Provincia. Creta porro Provincia erat Imperii Romani, cujus Metropolis erat Gortyna, quæ prærogativam illam ſemper in Eccleſia ſervavit.*

Hanc Petri Archiepiſcopi Pariſienſis ſententiam pro viribus refellere niſus eſt Ludovicus Elias Dupinius in Diſſertationibus Hiſtoricis de antiqua Eccleſiæ diſciplina Diſſert. I. §. VI. contra quem eruditiſſime diſſeruit Emmanuel Schelſtratius Tom. II. Antiquitatum Eccleſiaſticarum Diſſert. IV. cap. II. §. VI. his verbis: " *Quid ad hæc auctor libri de di-*
„ *ſciplina Eccleſiæ*. Nihil aliud ex his omnibus concludi
„ exiſtimat, quam diſtinctas fuiſſe Eccleſias propter diſtin-
„ ctionem Urbium, & Provinciarum: *Eccleſiæ quippe ni-*
„ *hil aliud ſunt*, inquit, *quam fideles*; Verum dicat velim
„ auctor ille: in Eccleſiis non ne ab Apoſtolis conſtituti ſunt
„ Epiſcopi, Sacerdotes, & Miniſtri? Non ne habetur ex
„ D. Paulo inſtitutio Metropolitani in Provincia Cretæ, quæ

nunc

„ nunc Candiæ nomen obtinuit? Quid enim aliud ſignificat
„ Doctor Gentium Epiſtola ad Tit. c. 1. *Reliqui te Cretæ,*
„ *ut ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per Civitates Presbyte-*
„ *ros, ſicut ego diſpoſui tibi. Hoc Apoſtolorum fuiſſe propoſitum,*
„ *illuſtrius ſane oſtendi non poteſt*, inquit de Marca L. I. c. 3.
„ n. 2. *quam ex demandata Tito Cretæ Inſulæ ſolicitudine, ut*
„ *Presbyteros (ſeu mavis Epiſcopos, ut ipſemet Paulus ſequenti*
„ *verſiculo interpretatur) oppidatim conſtitueret. Manus imponi-*
„ *tur Epiſcopis a Synodo Provinciæ, cui ſaltem tres Epiſcopi præ-*
„ *ſentes interſint, cæteris ſcripto conſenſum præbentibus, ſed ea*
„ *lege, ut Metropolitano τῷ Κύρῳ Decretum, & totius negotii au-*
„ *ctoritas ſervetur juxta Canones Nicænos. Hanc formam non*
„ *aliunde profectam cenſere par eſt, quam ex Apoſtolorum inſti-*
„ *tutione, quæ a Paulo hic delineatur. Ordinatio equidem fit*
„ *a Collegio, & cœtu Epiſcoporum per impoſitionem manuum*
„ *Presbyterii, ſed ea conditione, ut unus aliquis potiori jure De-*
„ *cretum interponat ad vicem Titi, qui diſponendam, & ordi-*
„ *nandam Provinciam a Paulo ſuſcepit. Unde fluxit, ut Creta*
„ *Provinciæ Eccleſiaſticæ, & Gortyna Civitas Metropoliticum*
„ *privilegium illius Inſulæ eximium ſemper habueris*. Verbis
„ Pariſienſium Archiepiſcopi de Marca Theodoreti interpreta-
„ tionem Epiſtolæ Pauli ad Titum adjungimus, qui affirmat
„ Titum magnæ illius Regionis Epiſcopum a Paulo fuiſſe ordi-
„ natum, & ab eodem ad Epiſcopos ſub ſe ordinandos facul-
„ tatem habuiſſe; & interpretationem D. Chryſoſtomi hom. I.
„ in Epiſt. ad Titum. *Niſi enim probatus eſſet*, inquit de
„ Tito, *non univerſam Inſulam Apoſtolus illius curæ man-*
„ *daſſet, non eum juſſiſſet corrigere quæ deerant, non tot*
„ *Epiſcoporum cenſuram ei commiſiſſet*. Hæc duo Patrum te-
„ ſtimonia adjungere volui, ut appareat quam male auctor
„ lib. de diſciplina Eccleſiæ Archiepiſcopo Pariſienſi opponat,
„ omnino certum non eſſe, Presbyteros illos a Tito inſti-
„ tutos Epiſcopos fuiſſe. *Forte unus erat*, inquit, *in Creta*
„ *Titus Epiſcopus, cæteri omnes Presbyteri tantum*. Enimve-
„ ro, ut notavit de Marca, Paulus ſtatim Presbyteros illos

„ vocat Epiſcopos: cum namque verſu ſequenti oſtendiſſet
„ qualis eſſe debeat, qui inſtituendus eſt in aliqua Civitate
„ Presbyter, ſtatim ſubjungit: *Oportet enim Epiſcopum ſine*
„ *crimine eſſe ſicut Dei diſpenſatorem* &c. Quæ verba Eccleſia
„ ſemper de Epiſcopis intellexit, ut juxta ſcripturam prout
„ ab Eccleſia explicatur, Titus per ſingulas Civitates Epi-
„ ſcopos conſtituerit: ſicque unus toti Inſulæ præfuit Ti-
„ tus, ſinguli Epiſcopi ſingulis Civitatibus præpoſiti fuerint,
„ ſed Tito ſubditi, indeque recte Tito nomen Metropolitani
„ a Pariſienſium Archiepiſcopo tributum ſit.

„ Negat id ultimum auctor noſter, quamvis fateatur
„ *Titum toti Inſulæ præfuiſſe, nam inde*, inquit, *inferri ne-*
„ *quit Metropoliticam dignitatem ab Apoſtolis inſtitutam fuiſ-*
„ *ſe. Hoc enim privilegium erat Tito peculiare, nec ulli Se-*
„ *di, aut Urbi alligatum*. Verum unde hauſit auctor ille,
„ Privilegium Titi nulli Sedi, aut Urbi alligatum fuiſſe?
„ Ex quo antiquitatis monimento hoc collegit? Quo vete-
„ rum teſtimonio dicta ſua confirmare poterit? An quia
„ non exprimitur in Sacris litteris Civitas, in qua Titus
„ ſedit? At numquid omnia in Sacris litteris continentur,
„ quæ contigerunt? Cum Apoſtoli Epiſcopos inſtituerunt,
„ eos certæ Civitatis Eccleſiæ præpoſuerunt, ut teſtatur Cle-
„ mens Romanus Apoſtolorum Petri, & Pauli Auditor, ac
„ Diſcipulus. Cum igitur Paulus Titum Epiſcopum in Cre-
„ ta Inſula creaverit, eum certe civitatis Eccleſiæ præpo-
„ ſuiſſe oportuit, prout præpoſitum fuiſſe, Martyrologium Ro-
„ manum his verbis affirmat. *In Creta Natalis S. Titi, qui ab*
„ *Apoſtolo Paulo Creteníium Epiſcopus ordinatus, poſt prædi-*
„ *cationis officium fideliſſime conſummatum, beatum finem*
„ *adeptus ſepultus eſt in Eccleſia, ubi a beato Apoſtolo di-*
„ *gnus miniſter fuerat conſtitutus*. Ubi videre licet, Titum
„ certæ Eccleſiæ fuiſſe addictum, quam Menologium Græ-
„ corum ab Eminentiſſimo Cardinali Sirleto latine redditum,
„ & ab Henrico Caniſio Tom. 2. antiq. lectionum editum,
„ teſtatur fuiſſe Eccleſiam Gortynenſem totius Cretæ Metro-
polim:

„ polim: ita enim habet ad diem 25. Auguſti. *Sancti Titi*
„ *Epiſcopi Gortynæ urbis Cretæ Diſcipuli S. Pauli Apoſtoli.*
„ & Menea: *S. Apoſtoli Titi Epiſcopi Gortynæ in Creta Di-*
„ *ſcipuli S. Pauli Apoſtoli.* Unde Petrus de Natalibus lib.
„ 7. cap. 108. *Titus Metropoli præſidebat.* Quare ſecundo
„ Chriſti ſæculo Philippus Gortinenſium Epiſcopus tamquam
„ præcipuus iſtius Inſulæ Antiſtes habitus eſt, ut patet ex
„ epiſt. Dionyſii Corinthiorum Epiſcopi, qui teſte Euſe-
„ bio lib. 4. cap. 23. *Eccleſiæ Gortinenſium, & reliquis ſi-*
„ *mul Eccleſiis Cretæ litteras ſcribens, Epiſcopum ipſorum*
„ *Philippum magnopere prædicat.* Ubi Philippus Gortynen-
„ ſium Epiſcopus totius Cretæ Eccleſiis præpoſitus fuiſſe in-
„ dicatur: quod alia de cauſa eidem tribui nequaquam po-
„ tuit, quam quia ratione ſedis Metropolitanæ totius Cre-
„ tæ Eccleſiis præfuit, ut in opuſculo de Epiſcoporum,
„ & Metropolitanorum origine obſervat ipſe Uſſerius Ar-
„ machanus his verbis: *Unde apparet, tam illo tempore,*
„ *quam ſuccedente Gortynam Metropolim, & Epiſcopum ejus*
„ *totius Inſulæ fuiſſe Metropolitanum.*

Catholico huic doctiſſimo viro addere liceat, non tamen ad probationis robur, alium ſcriptorem heterodoxum Eccleſiæ Anglicanæ ſectatorem Guilielmum Beveregium, qui adverſus Presbyterianos ſcribens in Codice Canonum Eccleſiæ Primitivæ illuſtrato Lib. II. cap. V. de Metropolitanis agit, ipſorumque primatum ab Apoſtolis manaſſe propugnat, & de Cretæ Metropolitano hæc habet num. XIII. " Idem di-
„ cendum eſt de epiſtola ad Titum, quem totius Inſulæ
„ Cretæ primatem fuiſſe, ſive primum Epiſcopum, ex ip-
„ ſis Divi Pauli ad eum verbis liquido conſtat, dicentis,
„ τούτου χάριν κατέλιπόν σε, ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ,
„ καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώσοι διεταξάμην.
„ Tit. 1. 5. Hinc enim conſtat totam Inſulam ejus curæ
„ commiſſam fuiſſe: adeo ut penes ipſum eſſet, quidquid
„ in ea deerat corrigere, atque etiam Presbyteros, ſive
„ Epiſcopos, ut conſtat e verſiculo ſeptimo, per ſingulas

Civi-

„ Civitates ordinare. Id enim phraſis illa κατὰ πόλιν clariſ-
„ ſime ſignificat, quemadmodum & κατ' Ἐκκλησίαν, Act.
„ XIV. 23. Non mirum itaque eſt, quod D. Paulus ad il-
„ lum ſolum hanc Epiſtolam miſerit, cum is Metropolita-
„ nus eſſet, & primus totius Inſulæ ſive Provinciæ iſtius
„ Cretæ Epiſcopus, quæ hodie Candia dicitur, centum ur-
„ bibus olim clara, quarum Metropolis erat Gortyna.

„ Ex hiſce videre eſt, quod D. Paulus cum Eccleſias a ſe
„ aliisque Apoſtolis fundatas in fide Chriſtiana inſtruere, &
„ confirmare ſtuderet, Epiſtolas vel ad totam in aliqua Pro-
„ vincia Eccleſiam, ut ad Romanos, & ad Galatas, vel ad
„ Metropoliticam, vel primariam Provinciæ Eccleſiam, ut
„ ad Corinthios, Epheſios, Coloſſenſes, & Theſſalonicenſes;
„ vel denique ad primum in Provincia Epiſcopum, Me-
„ tropoli præfectum, ut ad Timotheum & Titum direxerit.

Poſt Imperii autem Romani translationem a Conſtantino Magno ſtatutam peractamque, cum Byzantium Imperialis civitas conſtituta fuiſſet, ejus Sedes olim Epiſcopalis in Patriarchatum deinde erecta, fluxu temporis unum ſupra octoginta Provinciarum Orientalium Metropolitanos ſibi ſubjectos habuit, eosque inter Gortynenſem Archiepiſcopum, cum cæteris Metropolitis, & Epiſcopis Orientalis Illyrici, ut innuit Doxopatrius Archimandrita in notitia Patriarchatuum anno 1043. juſſu Rogerii Siciliæ Regis concinnata. *Creta ſub Romano cum eſſet, ſub Conſtantinopolitano facta eſt;* ac deinde in enumeratione Provinciarum ſub Patriarcha Conſtantinopolitano decem Regno Cretenſi Epiſcopatus aſſignat his verbis: *Crete habens Epiſc. X.* Porro inter Metropolitas Throno Conſtantinopolitano ſubjectos Gortynenſis trigeſimum locum obtinuit, ut conſtat ex Leonis Philoſophi Imperatoris Novella, qua cuique ex Metropolitis locus aſſignatur. Ex trigeſimo deinde ad trigeſimum ſeptimum deſcendit, ut teſtatur expoſitio Andronici Palæologi ſenioris, in qua notatur, quem locum teneant Metropolitanæ Patriarchatui Conſtantinopolitano ſubditæ. Edita fuit hæc expo-

expoſitio ad calcem Codini Edit. Pariſienſis cura Jacobi Goar, in qua de Metropoli Cretæ hæc habentur.

λζ. Ὁ Κρήτις. καὶ αὕτη λ' ἔσα εἰς λιπρο.

εσιβάσθη. 37. *Cretæ : hæc ex trigeſimo loco ad trigeſimum ſeptimum devecta eſt.*

Cretæ itaque Inſulæ Metropolis remotiori ævo fuit urbs antiquiſſima Gortyna, quam Plinius & Ptolemæus inter urbes Cretæ mediterraneas recenſent, quamque Sophianus Gurtinam, Bellonius Metarcam, Stephanus Byzantius Lariſſam & Cremniam appellant. A Minoe celebratiſſimo Cretenſium Rege in vaſta planitie ædificatam fuiſſe ſcribit Strabo in Geogr. lib. X. unde Oppianus Cyneg. lib. II. dicit *in depreſſa terra* Gortyniam. Muris circumſeptam tradit Strabo Homeri authoritatem afferens: *Sita vero eſt in campo etiam urbs Gortyniorum, olim quidem fortaſſe muro cincta, ut Homerus quoque dixit: Cinctam Gortynaque muris. Poſtea muris funditus dirutis exinde absque mœnibus permanſit: nam Ptolomæus Philopator agreſſus eam muris circumdare, dumtaxat ad XXC. perduxit opus. Aliquando illud memorabilem habuit ambitum ad L. ſtadia.* Renovati a Ptolomæo muri opus contrahit Iſaacus Caſaubonus ad octo ſtadia : inveriſimile enim eſt, ait ipſe, ut qui urbis ambitum L. ſtadiorum aſſerit, muros ipſius nec dum abſolutos ad LXXX. ſtadia proferat. Barth. in Statii Theb. Tom. VII. p. 185. reſtitutum quidem putat murum ad LXXX. ſtadia, at in ſtatuendo urbis ambitu ſubductam fuiſſe Straboni notam numeri centenarii, proindeque Gortynæ circuitum ad CL. ſtadia perveniſſe. Sed fidem excedit, immanem adeo unius urbis ambitum fuiſſe, in ea Inſula, quæ alias IC. civitates numerabat. Georgius Phranza Protoveſtiarius lib. I. cap. XXXVI. aliter de mœnium reparatione non a Ptolomæo, ſed ab Inſulæ Magiſtratibus incepta ſcribit: *Gortyna in planitie ſita eſt mare Libycum ſpectans, a quo abeſt ſtadiis ſexaginta. Hæc antiquitus muris cincta fuit, quos injuria temporum labefactatos Magiſtratus reparare occæpit; ſed iis ad octo ſtadia productis,*

& ma-

& magna ex parte absolutis opus interruptum est. Ex his porro Phranzæ dictis puto Casaubonum recte de octo solummodo stadiis reparati muri, Strabonis lectionem emendasse. Ut de urbis ambitu, ita de ejus fundatore dissentiunt Scriptores. Strabo enim, ut diximus, a Minoe, Pausanias a Gortynæ Teagetæ Arcadis filio, & Eustathius a Tauro Cretæ Rege, eo qui Europam Phæniſſam rapuit, conditam fuisse asserunt. Utcunque tamen de Gortynæ Urbis origine & circuitu res se habuerit, hoc certum exploratumque ex Historicis est, Gortynam de Insulæ Imperio cum Gnosiis decertasse, de quarum urbium dissidiis hæc affert Strabo libro decimo: *Hæ duæ civitates dum consentirent, reliquas urbes omnes sub se habuerunt, discordantes dissensionibus totam exagitaverunt Insulam, utri autem parti Cydonia accederet, ei maximum adferebat momentum. Gortyna in campo fuit sita, muris fortasse olim munita, ut Homerus ait: cinctam Gortynaque muris*. Quum autem Romani universæ Insulæ imperium obtinuissent, Gortynam Regni Cretensis caput & Metropolim constituerunt, in cujus dignitatis possessione stetit, donec furenti Agarenorum rabie ad solum prostrata, Candacem urbem ab ipsis Agarenis erectam decoris, & Principatus sui hæredem, ut inde dicemus, habuit.

Distat Gortyna (ut ait Strabo) *ab Africo mari, & Lebene* navali suo ad stadia XC. Habebat & aliud emporium *Matallum* ab ea, CXXX. stadiis dissitum. Utrumque Gortynæ navale seu emporium memorat Niger in Comment. qui Mataliam seu Matallum a Gortyna *sexdecim millia passuum*, Lebenam vero *undecim millia passuum* distare scribit. Ubi vero Gortynam enuntiat, hæc de ipsa affert: *Gortyna præterea, quæ ampla & illustris civitas fuit, 16. mil. pass. pulcris, ut Homerus ait, muris cincta ab Aphriso mari circiter 12. in campo sita, quem Messaream vocari diximus, amne Lenæo infusa ex propinquis montibus ex oriente, & hinc in Electra cadente flumen. In qua teste Plinio fuisse juxta fontem Platanum unam insignem nusquam folia dimittentem, quod Theophrastus*

in

in hiſtoria arborum ſcribit, ſub qua Græci Jovem cum Europa concubuiſſe ajunt, ex quo urbs Elotis prius eſt dicta (ſic enim apud Cretenſes Europa vocabatur) dein Lariſſa, poſtea Crymnia, & ultimo loco Gortyna a Gortyno Heræ appellata.

Præclariſſimæ olim civitatis amplitudo, & magnificentia ſatis apparet ex iis, quæ ſuperſunt ruderibus, quorum deſcriptionem eruditiſſime protulit in ſuo Dictionario Geographico Martinierius. Luculentius tamen ipſius urbis ruinas, & pretioſa marmorum fragmenta hac illac diſperſa deſcribit Tournefortius in epiſtola ſecunda ſui per Orientem itineris, ubi & loca notat, in quibus & antiquiſſima Idolorum delubra, & Sacrum Metropoliticum Templum olim exſurgebant. Diligentem authoris enarrationem Gallico ſermone exaratam non abs re puto hic in Latinum verſam efferre.

„ Diſtant Gortynæ rudera ſex millia paſſuum a Monte „ Ida, jacentque ad radices collium, qua hiat aditus in „ ſubjectam Meſſareæ planitiem, ubi præ cæteris totius In„ ſulæ locis meſſes felicius creſcunt. Temporis edacitas non „ omnia ſuſtulit antiqui ſplendoris veſtigia, ſed rudera hæc „ ipſa ſine animi dolore quis videat? Agricolæ aratra du„ cunt, & ſua urgent opera, Paſtores vagantur cum gre„ gibus inter tot ac tanta marmorum fruſta, jaſpidis ſcili„ cet, & Numidici affabre admodum elaborati. Magnis il„ lis viris, qui ſplendida adeo ædificia erexerunt, ſubiere „ miſeri ovium cuſtodes, quibus animus deeſt ad venandum „ Lepores vix non inter crura prætereuntes, & pernices, „ quas pedibus pene conculcant.

„ Emicant adhuc inter ruinas reliquiæ ſuperſtites unius „ ex Urbis portis, & quamquam pulcriora inde marmora „ avulſa ſint, pars tamen ædificii olim magnificentiſſimi „ adhuc dignoſcuntur. Mænia quæ proxima adjacent ſunt „ ea fortaſſis, quæ Ptolemæus Philopatis Ægypti Rex ex„ trui juſſit, ſuntque ampli aggeris & lateritia, licetque „ inde colligere hanc urbis partem inter elegantiores fuiſ-

„ ſe. Duas vidimus Numidici columnas octodecim pedes
„ longas, nec longe aſſurgebant ſtilobatæ multi duplici or-
„ dine digeſti, & ſpatiis ſemper æqualibus inter ſe diſſiti
„ ad fulciendas columnas in atrio cujuslibet Templi. Hac
„ paſſim & illac jacebant Capitella, atque Epiſtillia. Tem-
„ plum Dianæ hoc forte fuit, de quo ſupra, aut ædes Jo-
„ vi ſacra, ubi Menelaus ſacrificium peregit ſimul ac He-
„ lenæ conjugis raptum audivit, ut a Ptolemæo Epheſtione
„ narratur, e cujus ſcriptis decerpta quædam, & in com-
„ pendium redacta Photius nobis ſervavit. Templum A-
„ pollinis, de quo in Geographia meminit Stephanus, in
„ urbe media ſurgebat, propterea ab eo, quem deſcribi-
„ mus loco longe diſtabat. Inter columnas ſub ruderibus
„ ſemiſepultas quædam ſunt eximiæ plane pulchritudinis
„ pars cilindricæ, pars in ſpiras celte circumductas convolutæ.
„ Craſſioris diametri quæ ſunt, majorem illum non habent
„ duobus pedibus & unciis aliquot; Turcæ abduxerunt me-
„ liores. Ab his ruderibus intervallo duplicis jactus pilæ
„ plumbeæ e fiſtula ferrea diſploſæ pagus eſt, ubi horto-
„ rum portæ inter duas antiquas columnas continentur,
„ quibus ad prohibendum ingreſſum ligna interſeruntur.
„ Pago quidem nomen eſt Alona, ſed rus Decem Sanc-
„ rum cæpit indigitari, poſtquam totidem ex accolis illu-
„ ſtres Chriſti athletæ Martyrii palmam Decio Imperante
„ obtinuerunt. Hæc ſunt eorum nomina Theodulus, Satur-
„ ninus, Eupolus, Gelaſius, Eunicianus, Zeticus, Cleome-
„ nes, Agathopus, Baſilides, Evariſtus. Sacra pagi ædes an-
„ tiquis columnis abundat, nec tamen Martyrum ſepul-
„ crum in ea viſitur amplius, de quo meminit Conſtantini
„ Porphyrogeniti continuator. Martyres ipſi in tabula picta
„ aræ majoris repreheſentantur, ſed in eadem omnes cor-
„ poris configuratione, atque in uno eodemque ordine re-
„ cti ac ſtantes perinde, ac ſi eſſent valli defixi. Anniver-
„ ſarium illis Feſtum celebratur a Græcis & Latinis die 23.
„ Decembris.

„ In-

„ Inter Gortynæ ruinas ſuperſunt columnæ Jaſpidis albo-
„ rubri non diſſimilis a Jaſpide Conii ad Ligerim. Jaſpidem
„ vidi prorſus ſimilem Campano, qui hortos regios ad Ver-
„ ſalliam exornat. Simulacra ſuperfuere admodum pauca,
„ elegantiora enim a Venetis avecta fuere. Simulacrum in
„ urbe Candia, quod fonti publico impoſitum eſt prope
„ Delubrum Turcicum (vulgo Moſchea) & ſecus nundi-
„ narum locum, ab his ruderibus ablatum eſt, cujus pa-
„ ludamentum egregium, capite autem caret, Turcæ enim
„ execrantur repreheſentata animantium capita, iis exce-
„ ptis, quæ in nummis vident, pecuniam enim præ cæteris
„ terrarum populis perdite amant. Terram in quodam cam-
„ po dimoventes ſtatuam marmoream, ſed tantum dimi-
„ diam deteximus, cujus veſtes, crura, & extremi pedum
„ digiti omnia erant ad leges artis accuratiſſime ſculpta.

Ex his deſolatæ urbis ruinis deductæ fuerunt antiquiſſimæ Epigraphes Græcæ, quæ in Codice Vaticanæ Baſilicæ ſignato num. 1759. pag. 134. aſſervantur; quas Eruditorum ſtudio exhibendas puto; quamvis earum aliquæ a Clariſs. inſcriptionum collectore Grutero (interdum tamen diverſæ) editæ fuerint; quapropter Vaticanis non abs re puto Gruterianas Epigraphes adjicere.

Extra portam Gortynæ Urbis in ipsis ruinarum vestigiis.

ᾱ Εσπερίης πάσης χθονὸς ὄβριμον ἰθυντῆρα
Μαρκελλῖνον ὁ θρασὶς μάρψε μόρος ταμίν
Ἑλλάδος ἀγλαὸν ἔρνος, ὁς εὐδοκίη κυκλάδων γῆς,
Χουφίζων πολίας θῆκεν ἐλαφοτέρας
Τοὔνεκα καὶ προθύροισι δίκης ἐπιμαρτύρῳ θεσμῶν
Βουλῆς κάπυρος ϛῆσεὲν ἐφημοσύνη.

ἄθρα θαρρα-
λεων
καὶ ἄρωγῆ

ἐπιμάρτυρα
βουλῆ καὶ
πύῤῥου θῆκεν
ἐφημοσύνη.

Extat eadem Epigraphe apud Gruterum pag. MXCVI. num. 8. simul cum ipsius Latina interpretatione prout hic afferimus:

In ruinis Gortynæ in Creta in vestigiis Hippodromi.

ΕCΠΕΡΙΗC ΠΑCΗC ΧΘΟΝΟC ΟΒΡΙΜΟΝ ΙΘΥΝΤΗΡΑ
ΜΑΡΚΕΛΛΟΝ†Ο ΘΡΑΣΥΣ ΜΑΡΨΕ ΜΟΡΟC ΤΑΜΙΗΝ
f. ΘΡΑΚΗΣ
ΕΛΛΑΔΟC ΑΓΛΑΟΝ ΕΡΝΟC ΟC ΕΥΔΟΚΙΗΙ ΚΥΚΛΑ-
ΔΩΝ ΓΗC
ΚΟΥΦΙΖΩΝ ΠΟΛΙΑC ΘΗΚΕΝ ΕΛΑΦΡΟΤΕΡΑC
ΤΟΥΝΕΚΑ ΚΑΙ ΠΡΟΘΥΡΟΙΣΙ ΔΙΚΗΣ ΕΠΙΜΑΡΤΥΡΑ
ΘΕΣΜΩΝ
ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ ΠΥΡΡΟΝ ΘΗΚΕΝ ΕΦΗΜΟCΥΝΗ.

Vertit sic Furlanus.

Marcellum Hesperiæ ductorem fortia facta
Quæstorem insignis fecit & ipse labor:
Grajugenam clarum qui rexit Cycladas omnes,
Utque agerent statu liberiore dedit.
Illi ideo Pyrrhi decreto & lege Senatus
Justitiæ hoc signum ponitur ante fores.

Grutero Pigafetta.

Εικονα

β΄ Εικόνα τήνδ' ἐσάθρει πελέϊ τοῦ ἀγνοῦ ὑπέρχου
Ὃς Κρητῶν πόλιν ἣν μοῦνος ἔθηκα νέην
Ἀγχίθυρος δ' ἔστηκα δίκης κριτοῖσι γὰρ εἰμὶ
Ἥπιος ἠθιδίκοις, τοῖς δ' ἀδικοῦσι δέος
Στῆσε δὲ Καλλίνικος ἐνείτι δόγματι νήσου
Γαίης Ἰλλυρίδος δεύτερον ἠέλιον

Et hæc inſcriptio legitur apud Gruterum pag. MXCVIII. num. 6. cum interpretatione Furlani, quam exhibemus:

Gortynæ ruinis in Creta.

ΕΙΚΟΝΑ. ΤΗΝΔ. ΕΓΑΘΡΕΙ ΠΕΛΕΤΑΙ. ΔΕ. ΤΟΥ. ΑΓΝΟΥ. ΤΠΑΡΧΟΥ.
ΕΣ. ΚΡΗΤΩΝ. ΠΟΛΙΝ. ΗΝ. ΜΟΥΝΟΣ. ΕΘΗΚΑ. ΝΕΗΝ
ΑΓΧΙΘΥΡΟΣ. Δ. ΕΣΤΗΚΑ. ΔΙΚΗΣ. ΠΕΛΑΣ. ΕΙΜΙ. ΚΡΙΤΗΣ. ΓΑΡ
ΗΠΙΟΣ. ΙΘΥΔΙΚΟΙΣ. ΤΟΙΣ. Δ. ΑΔΙΚΟΥΣΙ. ΔΕΟΣ.
ΣΤΗΣΕ. ΔΕ. ΚΑΛΛΕΙΝΙΚΟΣ. ΕΝΗΝΣ. ΔΟΓΜΑΤΙ. ΝΗΣΟΥ
ΓΑΙΗΣ. ΙΛΛΥΡΙΔΟΣ. ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΗΕΛΙΟΝ.

Furlanus ſic vertit:

Hic Pelei poſita eſt Juſti Prætoris imago
Quem mœni Cretæ ſolus in urbe novum.
Juſtitiæ ante ædem quod juſtis æquus, iniquis
Judicibus contra jure timendus eram.
Callinici cura Cresum, ſed lege Senatus
Illyrici ſemper gloria magna ſoli.

Pigafetta Grutero.

γ΄ Γαΐκιον Βάσσον τὸν λαμπρότατον ἀνθύπατον
καμπανίας δόγματι τοῦ κοινοῦ πάσης τῆς ἐπαρχίας.
Ὀικουμένιος δοσίθεος ἀσκληπιοδοτος ὁ λαμπρότατος
ὑπατηκὸς ἐν τῆς Κρητῶν ἐπαρχίας ἀνέστησεν.

δ΄ Κόιντον Κακίλιον Ρουφεῖνον τὸν κράτιστον
ἀνθύπατον Κρήτης καὶ Κυρίνης ΕΕΞΙΟ
Κυντίλιος Πυῤῥος τὸν φίλον
ἀναξιμενὴς εὐγύστατον μιλήσιος.

Hæc

Hæc apud Gruterum pag. MXCI. num. 6.

Gortynæ in Creta.

ΚΟΙΝΤΟΝ . ΚΑΙΚΙΛΙΟΝ . ΡΟΥΦΕΙΝΟΝ
ΤΟΝ . ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ . ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ
ΚΡΗΤΗΣ . ΚΑΙ . ΚΥΡΗΝΗΣ
ΚΥΝΘΙΑΔΟΣ . ΠΥΡΡΟΥ . ΤΟΝ . ΦΙΛΟΝ

Furlanus ſic latinum fecit:

Quinto Cæcilio Ruffino,
Cretæ ac Cyrenæ Proconſ.
Opt. Quintilius Pyrrhus amico P.

ε Τ. Φλ ὑπάτιον τὸν λαμπρότατον ἀπὸ ὑπάτων καὶ ἀπὸ ἐπάρχων πραιτωρίου, δόγματι τοῦ κοινοῦ πάσης τῆς ἐπαρχίας Οἰκουμένιος Δοσίθεος ἀσκληπιόδοτος ὁ λαμπρότατος ὑπατικὸς τῆς Κρητῶν ἐπαρχίας ἀνέστησεν.

Epigraphen hanc profert Gruterus pag. MXCIII. verſ. 4. hoc modo:

Gortinæ.

Τ. ΦΛ. ΥΠΑΤΙΟΝ. ΤΟΝ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ. ΑΠΟ
ΥΠΑΡΧΩΝ. ΠΡΑΙΤΩΡΙΟΥ. ΔΟΓΜΑΤΙ. ΤΟΥ
ΚΟΙΝΟΥ. ΠΑΣΗΣ. ΤΗΣ. ΕΠΑΡΧΙΑΣ
ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΣ. ΔΟΣΙΘΕΟΣ. ΑΣ
ΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΣ. Ο. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΣ
ΥΠΑΤΙΚΟΣ. ΤΗΣ. ΚΡΗΤΩΝ. ΕΠΑΡ
ΧΙΑΣ. ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ.

Furlanus vertit:

Flavium virum conſularem clariſſimum & præfectum prætorii totius Provinciæ Senatusconſulto Oecumenius Doſitheus Aſclepiodotus clariſſimus Cretenſis Provinciæ conſularis erexit.

ς Ἀγόριον Πραξίστατον τὸν Λαμπρότατον ἀπὸ ἐπάρχων τῆς Βασιλευούσης τῶν νήσων, δόγματι τῆς λαμπρᾶς γορτυνίων Βουλῆς, Οἰκουμένιος Δοσίθεος Ἀσκληπιόδοτος ὁ Λαμπρότατος ὑπατικὸς ἀνέστησεν.

Ita-

Ita autem legitur in collectione Gruteriana pag. MXC. num. 11.

Gortynæ in Creta.

ΑΓΟΡΙΟΝ. ΠΡΕΤΕΣΤΑΤΟΝ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΕΠΑΡΧΩΝ. ΤΗΣ. ΒΑΣΙΛΕΤΟΤΣΗΣ. ΤΩΝ. ΝΗΣΩΝ
ΔΟΓΜΑΤΙ. ΤΗΣ. ΛΑΜΠΡΑΣ. ΓΟΡΤΥΝΙ. ΒΟΥΛΗΣ
ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΣ. ΔΟΣΙΘΕΟΣ. ΑΣΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΣ
Ο. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΣ. ΤΠΑΤΙΚΟΣ. ΑΝΑΣΤΗΣΕΝ.

Βαλέριον Σεβῆρον τὸν λαμπρότατον καὶ μεγαλοπρεπέστατον ἔπαρχον τῆς Βασιλευούσης ῥώμης δόγματι τοῦ κοινοῦ τῆς Κρητῶν ἐπαρχίας, Οἰκουμένης Δοσίθεος ἀσκληπιόδοτος ὁ λαμπρότατος ὑπατικὸς ἀνέστησεν.

In Thesauro Veter. Inscript. Gruteri ita habetur pag. MCIII. num. 1.

Gortynæ.

ΒΑΛΕΡΙΟΝ. ΣΕΒΗΡΟΝ. ΤΟΝ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ ΚΑΙ
ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΕΣΤΑΤΟΝ. ΕΠΑΡΧΟΝ. ΤΗΣ. ΒΑΣΙ
ΛΕΤΟΤΣΗΣ. ΡΩΜΗΣ. ΔΟΓΜΑΤΙ. ΤΟΥ. ΚΟΙΝΟΥ
ΤΗΣ. ΚΡΗΤΩΝ. ΕΠΑΡΧΙΑΣ
ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΣ. ΔΟΣΙΘΕΟΣ. ΑΣΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΣ
Ο. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΣ. ΤΠΑΤΙΚΟΣ. ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ.

Furlanus Latine.

Valerium Severum clarissimum magnificentissimumque imperantis Romæ Præfectum Cretensium Provinciæ Senatusconsulto Oecumenius Dositheus Asclepiodotus consularis clarissimus erexit.

Πούπλιον Σεπτίμιον Γέτην ταμίαν καὶ ἀντιστράτηγον. Κρῆτες καὶ Κυρηναῖοι Ἀντώνιος Πεκαιβάτης καὶ Τέττιος Μακεντῖνος Μαγενῆς Σόλονος οἱ ἀγορανόμοι τὸν φίλον.

Et hanc videre est in Thesauro Gruteriano pag. MXCIX. num. 7.

Gorty-

Gortynæ.

ΠΟΥΒΛΙΟΝ . ΣΕΠΤΙΜΙΟΝ
ΓΕΤΑΜ . ΤΑΜΙΑΝ . ΚΑΙ
ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΙΓΟΝ
ΚΡΗΤΗΣ . ΚΑΙ . ΚΙΡΗ
ΝΗΣ . ΑΝΤΟΝΙΟΣ . ΠΑΡ
ΑΙΒΑΤΗΣ . ΚΑΙ . ΤΕΤΤ
ΙΟΣ . ΜΑΚΕΡ . ΚΑΙ . ΤΕΙ
ΜΑΓΕΝΗΣ . ΣΟΛΩ
Ν . ΟΙ . ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΙ ΤΟΝ
ΦΙΛΟΝ.

Furlanus latine.

Publio Septimio Cretæ Quæstori, & Proprætori Cretæ ac Cyrenæ, Antonius Parebatus & Tettius Macrinus Timagenesque Solonis F. Aediles amico p.

ϐ Οκτηνα πανευσεβυν. υς Cοη ϛc υι α υιι
ἐφεσ ὼτος τῆ σπαδῇ τὶς βκσιλικῆς κλλιτον τοῦ
λογισ τοῦ τῆς μητροπόλεως
ϊ Ἐπισιγιλίου τὸν λαμπροτατον σκρινιαρίου ϗ πατρὸς τῆς ποανεγε .
ογιλος ϗ ὁπετος. ινα. ιν. πιγεωργ συμπραξον ιωαννου . σστο ϗ
ἐλλάδι
ιξ Ετει θυοδώρα τοῦ ἁγίου Αρχιεπισκόπου Κανιλίου τοῦ περβάσ-
σου ἀνθυπατον, ευτυχῶς ανενεώθη οὐτος ὁ τεῖχος ὑπὸ Φλαππίω-
νος τὸν λαμπροτάτου.

Epigraphen hanc quam Tournefortius in ſuo Orientis Itinerario Tom. I. Epiſt. 2. inſeruit, mox iterum afferemus ad Theodorum Epiſcopum Gortynæ.

ἰν δ β
ιϐ Μανοῦ μοναχοῦ, ϗ ἀὶ τῶν ἀδελφῶν. αὐτοῦ, Παυπρίμου
μοναχοῦ ϗ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ κατᾳφυγῆς
ἐπὶ βασιλέως τοῦ Ανδρονίκου τοῦ παλαιολόγου
επι γ ω α
ἐν δὲ ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οικονίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιῦ χῦ
α β γ β

Præ-

Præter eas, quas ſuperius attulimus, alia Gortynæ in Creta reperta inſcriptio affertur a Grutero pag. MXC. num. 20. & eſt.

Gortynæ in Creta.

ΑΝΙΚΙΟΝ. ΒΑΣΣΟΝ. ΤΟΝ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ. ΚΑΜΠΑΝΙΑΣ. ΔΟΓΜΑΤΙ
ΤΟΥ. ΚΟΙΝΟΥ. ΠΑΣΑΣ. ΤΗΣ
ΕΠΑΡΧΙΑΣ. ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΣ. ΔΟΣΙΘΕΟΣ
ΑΣΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΣ. Ο. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΣ
ΥΠΑΘΗΚΟΣ. ΤΗΣ. ΚΡΗΤΩΝ
ΕΠΑΡΧΙΑΣ. ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ

Omnes ſuperius allatæ ex Gruteriana collectione epigraphes ab Honorio Belli Medico, primum Philippo Pigafettæ transmiſſæ fuerunt, & deinde eas ex Pigafettæ munere obtinuit Janus Gruterus ipſarum vulgator. His adjiciendam puto aliam inſcriptionem, quæ laudati Honorii diligentiam effugit, quamque in ſuo Orientis Itinerario affert Tournefortius Tom. I. epiſtola II. in qua etiam ipſius Epigraphes interpretationem exhibet hoc modo:

ΠΕΤΡΟΝΙΟΝ ΠΡΟΒΟΝ
ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ ΚΑΙ
ΑΠΟΥΠΑΡΧΩΝ ΠΡΑΙΤΩΡΙΩΝ
Τ' ΔΟΓΜΑΤΙ ΤΗC ΛΑΜΠΡΑC
ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ ΒΟΥΛΗC
ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟC ΔΟCΙΘΕΟC
ΑCΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟC
ΟΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟC ΥΠΑΤΙ
ΚΟC ΑΝΕCΤΗCΕΝ

IDEST

Petronio Probo Illuſtriſſimo Proconſuli & Præfecto Prætorii ex Decreto Illuſtris Gortynæ Senatus Oecumenicus Doſitheus Aſclepiodotus Illuſtriſſimus Conſularis erexit.

Iis quoque adjiciam aliam epigraphen ad civitatem Gortyniorum ſpectantem, quam pag. CCXL. Theſauri Veterum inſcriptionum num. 2. affert cum ſua latina interpretatione Clariſs. Muratorius.

DELPHIS

Ex eisdem Schedis Cyriaci miſit prælaudatus Abbas Compagnonius.

„ Η. ΠΟΛΙΣ. Η. ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. ΤΙΒ. ΣΚΑΝΔΙΛΑΤΙΝΟΝ. ΖΩ-
„ ΣΙΜΟΝ
„ ΝΕΙΚΗΣΑΝΤΑ. ΠΥΘΙΑ. ΠΥΘΑΤΑΣ. ΚΑΙ. ΧΟΡΑΤΑΑΣ. ΠΡΩ-
„ ΤΟΝ. ΑΠ. ΑΙΩΝΟΣ
„ ΤΗ. ΑΤΤΗ. ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΔΙ. ΡΩΜΗΝ. ΠΥΘΑΤΑΑΣ.
„ ΑΚΤΙΑ.
„ ΧΟΡΑΤΑΑΣ. ΙΣΘ ..... ΑΡΜΕΝΙΑ. ΔΙΑ. ΚΟΙΝΟΝ. ΕΛ-
„ ΛΗΝΩΝ
„ ΠΥΘΑΤΑΑΣ. ΚΑΙ. ΧΟΡΑΤΑΑΣ. ΝΕΜΕΙΑΝ. ΠΥΘΑΤΑΑΣ
„ ΟΥΡΑΝΙΑ. Β. ΚΟΙΝΟΝ. ΑΣΙΑΣ. ΙΓ. ΚΟΙΝΟΝ. ΚΗ
„ ΜΓ. ΠΥΘΑΤΑΑΣ. ΧΟΡΑΤΑΑΣ. Δ. ΠΑΝΤΩΣ. ΚΑΙ. ΑΛΛΟΙΣ

IDEST

„ *Civitas Gortyniorum Tiberium Scandilatinum Zoſimum*
„ (Honorat)
„ *Qui Vicit Pythia Pythaulas Et Choraulas, Primus Ab Homi-*
„ *num Memoria,*
„ *Atque In Eodem Quinquennali Certamine* (Vicit) *Ro-*
„ *mæ Pythaulas, Actiaca,*
„ *Choraulas, Iſthmica.....Per Commune Græcorum*
„ *Pythaulas, Et Choraulas. Ad Nemeam Pythaulas*
„ *Uraniæ II. Ad Commune Aſiæ XIII. Ad Commune Ce....*
„ *XLIII. Pythaulas, Choraulas IV. Omnino Et In Aliis.....*
„ .....

„ De Gortynia ſive Gortyna inclita Civitate Cretæ heic „ agi cenſeo potius, quam de Gortynia Macedoniæ, aut de „ Gortyna Arcadiæ. En varia Ludorum genera apud Græ-

„ cos,

„ cos, quos aliis illuſtrandos relinquo. Sed optandum erat, „ ut hæc haberemus illæſa a temporum injuriis, atque ac„ curatius exſcripta.

Hujus igitur florentiſſimæ olim & nobiliſſimæ civitatis Præſules Metropolitas, quotquot ex vetuſtis documentis licuit haurire, recenſebo; a Divi Titi tempore usque ad fœdiſſimam Saracenorum irruptionem, qua enarrata, ſucceſſores Archiepiſcopos in Candace noviſſima Inſulæ Metropoli ſedentes tum Græci, tum Latini ritus enuntiabo. Verum cum nullus opportunior eveniat locus, non abs re erit, ante ipſas Epiſcoporum ſeries, ad Apoſtolicæ Eccleſiæ, & nobiliſſimæ Inſulæ præclarum decus, diſpoſita in Menologii formam afferre eorum Sanctorum nomina, & elogia, qui Cretam patriam habuerunt, vel in ipſa Inſula Epiſcopatum, alindve Eccleſiaſticum & ſpirituale munus exercuerunt.

Pridie Nonas Januarii. In Creta Natalis S. Titi (*a*) qui ab Apoſtolo Paulo Cretenſium Epiſcopus ordinatus poſt prædicationis officium fideliſſime conſumatum, beatum finem adeptus, ſepultus eſt in Eccleſia, ubi a Beato Apoſtolo dignus miniſter fuerat conſtitutus.

(*a*) De Sancto Tito primo Gortynenſium Archiepiſcopo, & totius Inſulæ Metropolitano mox dicendum erit, abſoluto Menologio.

Nonis Januarii. In Monaſterio Acritenſi Sancti Gregorii Cretenſis (*a*) Monachi, qui poſt ſacras peregrinationes, & admirabilem vitæ auſteritatem meritis & virtutibus clarus quievit in Domino.

(*a*) Sancti hujus Monachi faſtis Latinorum ignoti acta meritaque efferunt Menæa Græcorum, ex quibus in opere Bollandiano relata leguntur. Ea iterum vulgamus, ut ex ipſis præſertim patria ſancti viri innoteſcat.

„ Traxit hic genus ex nobiliſſima Cretenſium Inſula, re„ ligioſiſſimis parentibus Theophane & Juliana ortus. Cum„ que haud parum temporis litterarum ſtudiis impendiſſet, „ juſſus eſt a parentibus pecus paſcere, ſed ille jam olim

„ cœleſti deſiderio incenſus, relicta patria, Seleuciam ſe
„ contulit, & inibi non exiguo tempore, modico pane &
„ acqua vitam toleravit. Sexto autem, & vigeſimo ætatis
„ anno (qua tempeſtate Leo Imperator ſacrarum Imaginum
„ hoſtis & everſor vitam abrupit, & Catholica religio re-
„ ſpiravit, ſuæque libertati eſt reddita) Hieroſolymam pro-
„ fectus, locaque ſacra cum ingenti affectu veneratus, quam
„ multa & gravia cum ab Saracenis cum Judæis totis an-
„ nis duodecim perpeſſus ſit, litteris tradi non poteſt ab eo
„ qui epitomas dumtaxat, & brevitatem ſectatur. Dein-
„ de diſcedens ſe Conſtantinopolim tranſtulit, ubi ſumpto
„ Angelico habitu (ideſt Monaſtico) corpuſculum ſuum ab-
„ ſtinentia, & jejunio domuit. Poſtquam autem extincto
„ Stauratio Michael Imperium tenuit, & S. Nicephorus
„ Eccleſiæ gubernacula tractavit, miſſus eſt Michael Con-
„ feſſor Synadorum Epiſcopus Romam ad Sanctiſſimum Pon-
„ tificem. Hic Conſtantinopoli cum B. Gregorio collocutus,
„ ſecum illum, cum Roma rediiſſet, ad ſanctiſſimum Cœ-
„ nobium, quod eſt in Acrita, duxit, illicque religioſis vi-
„ ris adjunxit: ubi unica contentus tunica ſine calceamen-
„ tis, in ſtotea ex junco contexta ſomnum cepit, & poſt
„ biduum, aut triduum aliquid panis & aquæ libavit, vel
„ guſtavit potius. Tum in altiſſimam foſſam deſcendit, ibi-
„ que turbatum, & miſerabilem Eccleſiarum ſtatum mul-
„ tis lacrymis longo tempore deflevit. Ex qua rurſus emer-
„ ſus, anguſtiſſima ſe cella concluſit, unica pelle tectus,
„ dolium, quod in horto ſtabat, aqua replevit; noctu abie-
„ cta tunica illud ingreſſus, ibi pſalterium recitavit, rur-
„ ſusque egreſſus eſt, atque hoc tota vita ſua factitabat.
„ Cumque ita præclare pro æterna vita certaſſet, animam
„ ſuam in manus Domini commendavit.

Octavo Idus Januarii. Famauguſtæ in Cypro depoſitio Sancti Petri Thomæ Ordinis Carmelitarum (*a*) & Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Epiſcopi, qui poſt plures de Sanctæ Crucis inimicis victorias, poſtque plura conſcripta volumina ac patrata

trata miracula, die & hora a ſe prædictis obdormivit in Domino, cujus feſtivitas decimoquinto Kalendis Martii celebratur.

(*a*) Hoc elogio enuntiatur memoria Sancti Petri Thomæ in Martyrologio Carmelitarum Excalceatorum recens anno 1748. Romæ ad calcem Martyrologii Romani impreſſo, quum autem in toto Carmelitarum Ordine, cui nomen dedit, officio duplici colatur, ejus feſtum alligatum fuit diei XV. Februarii. Vita hujus Sancti a Philippo Maſſerio Regni Cypri Cancellario concinnata legitur inter Acta Sanctorum Tom. I. Januarii ad diem VI. nonnulla etiam de ipſo afferenda erunt in ſerie Archiepiſcoporum Cretenſium. Ideo autem inter Sanctos ad Inſulam Cretam ſpectantes recenſetur, quia plurimos pro extirpandis in ipſa Inſula hæreſibus exantlavit labores, & perſecutiones multas ab incolis pro veritatis defenſione ſuſtinuit; cumque ad Fidei puritatem Cretenſes reduxiſſet, eorum Metropolitanus Archiepiſcopus conſtitutus fuit.

Quarto Nonas Februarii, Memoria Sancti Patris Noſtri (*a*) Confeſſoris Baſilii Archiepiſcopi Theſſalonicenſis Athenis oriundi.

(*a*) Ita in Menæis Græcorum ad diem II. Februarii. Ad Cretam ſpectare aliquo modo Sanctum hunc putamus, quia ſicuti notat ad hanc diem Bollandus: *Fuit is* (*ut tradit Niceras cognomento David in vita Sancti Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani*) *antea in Creta Epiſcopus, verum Agarenis eam Inſulam invadentibus Theſſalonicam translatus eſt*. Quam autem Eccleſiam in Creta adminiſtrarit, incompertum eſt. Iterum de eo agendum in ſerie Archiepiſcoporum Gortynenſium illuſtrata: de tempore, quo ad Theſſalonicenſem Sedem translatus fuit, agit erudite Bollandus Tom. I. Februarii pag. 242.

Pridie Nonas Februarii, Sancti Nicolai Cydonienſis (*a*) ex Ordine Acæmetarum Monachus, qui Conſtantinopoli in Monaſterio Studii ob præclaras virtutes Archimandrita conſtitutus,

tus, plurimas ab Iconoclaſtis ob Sanctorum Imaginum cultum toleravit paſſiones, & deinde meritis & ſanctitate clarus in pace quievit.

(*a*) Vitam Sancti Abbatis contexuit Monachus quidam anonymus ex Monaſterio Studii, Sancto Nicolao fere ſuppar, ejusque diſcipulis coævus, quam in Latinum vertit Franciſcus Combefiſius, legiturque vulgata cum notis in opere Bollandiano ad diem IV. Februarii. Ex his actis, ut notat Godefridus Henſchenius, Græci, qui ejus celebrem memoriam ipſa die IV. Februarii agunt, deſumpſerunt, & in Menæis protulerunt illuſtre elogium, quod ab Henſchenio vulgatum, hic quoque ad Sanctiſſimi viri gloriam iterum proferre æquum puto. " Sanctus hic in Inſula Creta natus (*in urbe Cydone, ut teſtatur Monachus Studita*) cum Theophanem cognatum „ ſuum vellet videre, Conſtantinopolim advenit, eumque „ inter Fratres Studii connumeratum reperiens, & ipſe Mo„ naſticam vitam amplectitur. Per omnem vero inſtitutio„ nem progreſſus, accuratiſſimeque monaſticæ educationis „ formam edoctus ſacerdotio initiatur. Ad ſummum enim „ virtutis gradum pervenerat. Quid vero deinde ? Cum „ Theodoro Monaſterii Præpoſito Divinus Nicolaus exilio „ mulctatur. Unde revocati, a Leone merito ferinum no„ men adepto, Chriſtique hoſte, quod cultores ſacrarum „ imaginum eſſent, taureis cæduntur. Deinde carceri inclu„ duntur, rurſumque examinati flagellantur, ac vincti in car„ cerem retruduntur. Tribus vero annis in carcere illo de„ tenti, & fame, & ſiti, & nuditate conflictati, Smyrnam „ ablegantur : ibique flagris cæſi, pedibus ligno inſertis in „ carcerem projiciuntur. Viginti vero menſibus elapſis Leo „ defunctus eſt, atque ad alterius vitæ tribunalia miſſus. „ Tunc Beati Chriſti Confeſſores dimiſſi Chalcedonem con„ tendunt, & ter beatum Nicephorum cum ſalutaſſent, am„ bo iſthic degunt. Sed paullo poſt imperante Michaele Cæ„ ſare in Praſen ablegantur, dein Acritam, ubi multis cer„ taminibus probatus Theodorus ad Dominum emigravit.

Sed

„ Sed Cæſare vitam relinquente, filioque ejus Theophilo in
„ imperium ſuccedente, in Sanctos bellum recruduit. Ve-
„ rum ipſo etiam Theophilo e vita decedente, & Theodora
„ religioſiſſima, ejusque filio imperium ſuſcipientibus, pace-
„ que ſtabili facta, poſtquam Baſilius Macedo imperium ac-
„ cepit, Sanctum hunc Nicolaum multorum certaminum vi-
„ ctorem, multis obteſtationibus inductum Studitarum Præ-
„ poſitum conſtituit. Cum ergo talia ac tanta certamina ſan-
„ ctiſſimus hic Nicolaus confeciſſet, multis attritus incom-
„ modis anno vitæ quinto & ſeptuageſimo, in pace requievit.

Tertio Idus Aprilis, Gortynæ in Creta Sancti Philippi Epiſcopi (*a*) vita & doctrina clariſſimi, qui tempore Marci Antonii Veri, & Lucii Aurelii Commodi Eccleſiam ſibi creditam regens, a furore Gentilium, & Hæreticorum inſidiis eandem tutatus eſt.

(*a*) Mentionem de eo agit Sanctus Hieronymus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, aliosque authores Philippi Gortynenſis memoriam afferentes memorant Baronius in notis ad Martyrol. Romanum, & Biographi Antuerpienſes in Actis Sanctorum ad diem XI. Aprilis. Ipſum laudat Nicephorus Hiſt. lib. IV. cap. VIII. teſtimonium ipſius Paſtoralis ſollicitudinis afferens ex epiſtola S. Dionyſii Corinthiorum Epiſcopi.

Quarto Nonas Julii, Sancti Andreæ ex Monaco Hieroſolymitani Monaſterii ob ſanctitatis & doctrinæ merita Archiepiſcopi Cretenſis (*a*), qui meritis clarus obdormivit in Domino.

(*a*) Quamvis ex civitate Damaſcenorum ortum traxerit Sanctus Andreas, attamen ex Eccleſia, cui præfectus fuit, Cretenſis cognomen ſortitus eſt. Illuſtratur ipſius nomen in ſerie Archiepiſcoporum Gortynenſium, & de eo ſuſe agunt Biographi Antuerpienſes ad diem IV. Julii, ubi ejus ſanctitatem, & incorruptam fidem erudite tuentur.

Septimo Idus Julii, Gortynæ in Creta Sancti Cyrilli Epiſcopi (*a*), qui in perſecutione Decii ſub Lucio Præſide flammis injectus cum incenſis vinculis evaſiſſet illæſus, ac ſtu-

pore
αὐτῷ πληρωθῆναι πάλιν τὸ τοῦ Δαβίδ. „ ἔθεντο τὰ θνησιμαῖα τῶν „ δούλων σου, βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, τὰς σάρκας τῶν „ ὁσίων σου τοῖς θηρίοις τῆς γῆς· ἐξέχεαν τὸ αἷμα αὐτῶν ὡσεὶ ὕδωρ· καὶ τοῦτο γὰρ ἐκείνοις ἀκόλουθον, καὶ οὐκ ἦν ὁ θάπτων, ἕως ὁδοὺς ἐκείνῳ βοήθειαν ἐπὶ τῇ τῆς σαρκὸς ἀσθενείᾳ, ὥστε καλῶς ἀθλῆσαι καὶ τῶν στεφάνων τῆς δόξης μὴ ἐκπεσεῖν· οὕτως δὴ καὶ ταῖς φιλοθέοις παρέσχε ψυχαῖς, τὸ μὴ στερηθῆναι θησαυροῦ τοιούτου, τοῦ καλοῦ ἐκείνου φημὶ καὶ ἱεροῦ σώματος· οὔκουν ἀφῆκεν εἰς τέλος λαθεῖν, ἀλλὰ σαφῶς φανεροί· φανεροὶ δὲ οὕτως· δώδεκα τινὲς ἄνδρες, πονηρῶν πάλαι δαιμόνων αὐτοῖς ἐπιπηδησάντων, ἄλλος ἀλλαχόθεν ὁρμώμενοι, ὡς ἂν ἕκαστον ἡ ῥοπὴ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτῷ πνεύματος ἤλαυνεν, εἰς ταὐτὸ καθ' ἅπαξ ἀλλήλοις συνῆλθον, καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῆς συμφορᾶς, κοινωνίαν καὶ τῆς διατριβῆς ἐκείνης ἐν τῆς πλάνης ἑλόμενοι, πολλὴν ἀμείβοντες γῆν, ἀθρόον ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς ἑλκόμενοι τῆς ψυχῆς, τῷ τῶν κακούργων ἐφίστανται τόπῳ, ὅποι ἄρα καὶ ὁ τοῦ Μάρτυρος νεκρὸς ἔρριπτο, καὶ τὸν ἅγιον ἀσήμοις ἐπεβοῶντο φωναῖς, καὶ δὴ καὶ ταῖς χερσὶ τὴν γῆν ἀνορύττοντες, καὶ ὅλως περὶ τὴν αὐτοῦ φανέρωσιν ἐπειγόμενοι, σωμάτων ἐντυγχάνουσι σωρείᾳ καὶ τοὺς ἄλλους παραδραμόντες, ὦ τοῦ θαύματος, αὐτίκα τὸν καλοῦντα τούτους ἐπέγνωσαν, καὶ τὸ τοῦ Μάρτυρος ἀνείλοντο σῶμα, τῇ ἐφιπταμένῃ αὐτῷ χάριτι· τάχα δὲ καὶ τῇ πολλῇ εὐωδίᾳ, πρὸς ἑαυτῷ τοὺς ἄνδρας ἀφανῶς ἐφελκόμενον. ἀλλὰ τὸ μὲν εὐθὺς τοῦ προσήκοντος ἀπέλαυσε κόσμου, καὶ χερσὶ ποθούσαις ἐν ἱερῷ τόπῳ ἱερῶς κατετίθετο· Κρίσις τῷ τόπῳ τὸ ὄνομα· οἱ δαιμονῶντες δὲ τὴν ἴασιν ἀκολούθως ἐτρύγων, καὶ μετὰ πολλῆς ἡδονῆς οἴκαδε ἐπανήεσαν· οἱονεὶ μισθὸν τῆς εὐρέσεως τὴν θεραπείαν δεξάμενοι. καὶ νῦν ἔστιν ἡμῖν ἐξ ἐκείνου διηνεκὴς θησαυρὸς, καὶ τῶν ἀεὶ καταλαμβανόντων ἡμᾶς κακῶν ἀσφαλὲς παραμύθιον· εἴτε γὰρ νόσῳ πιέζεταί τις, εἴτε ἐπηρείᾳ ταλαιπωρεῖται, εἴτε τινὶ ἄλλῃ ἔχεται περιστάσει, πάντα μετὰ πίστεως ἐκεῖ προσελθὼν ἀποθήσεται, καὶ δαψιλεστέρας τῆς χάριτος ἀπολαύσει· χάριτι, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MAR

MARTYRIUM SANCTI MARTYRIS ANDREÆ, qui eſt in Criſi.

Authore Simeone Metaphraste,

Interprete Laurentio Surio.

EST magna diaboli malitia adverſus Chriſti martyres, & maxime quando eos videt pietatem conſtanter ingredi, & citra ullam offenſionem: & cum ſit etiam varia, magno contra illam opus eſt animo, & recte armato in Chriſtum charitate, ut non ab eo opprimatur, neque in execrandas illius manus incidat, qui hoſtibus quibuslibet inſultat impudentius, & partim quidem per ſe, partim autem per eos, qui ipſi adhærent, multifariam, multisque modis Chriſti ſervos afficit injuria. Nam alios quidem deturbat per præcipitia, alios autem objicit ferarum dentibus, aliis accendit fornacem, aliis aperit barathrum: his machinatur rotam, illis acuit gladium: & aliis alias plagas parat, & mortes. Sed nihilominus fuit irriſus, cum martyres hæc omnia parva duxiſſent, & alia magis nova tormenta requirerent, ut per hæc oſtenderent magnum, quod in Chriſtum habebant, deſiderium. Nam etſi multos de Chriſti ſervis de medio ſuſtulit inimicus, & ipſorum ſuperavit naturam: at non etiam inſtitutum, ac voluntatem, & mentem, quæ vincit omnia. Et ideo magis fuit ſuperatus, & demiſit ſupercilium, quod & carne, & natura humana laborante, eſſet illorum animus invictus, & immutabilis.

His, quæ dicuntur, ferunt teſtimonium generoſi, & beati Martyris Andreæ certamina. Is enim cum talia, & his multo graviora ſuſtinuiſſet, non ſolum communem omnium inimicum abunde ſuperavit: ſed iis etiam, qui ipſum conſecuti ſunt, maximum fuit argumentum, ut eſſent bono animo. Cujus non ſolum ſunt inſignia admiranda certamina, ſed ſunt etiam ejus recte facta imitanda: nec ſolum eſſe oportet

auditores eorum, quæ de ipſo dicuntur, ſed etiam ejus virtutis imitatores. Ipſum quidem tulit, quæ omnium optimis regebatur legibus, Creta. Itaque autem ab ineunte ætate patriam imitatus pietatem, beatos quoque in ipſa oſtendit labores. Non enim laudâvit gloriam, non divitias eſt admiratus, non amavit delicias, non mollem, & remiſſam vitam eſt conſectatus, ſed duram, rigidam, & aſperam, & quæ per omnia erat parata adire certamina. Cum ergo eſſet ardentiſſime virtutis amore captus, & manſiſſet liber a voluptate, præclara erexit trophæa adverſus inimicos, qui mente percipiuntur, & fuit omnibus optima via ſalutis, & multis perſuaſit, ut vitam præſentem deſpicerent, & in cœlum currerent, quo in loco ab iis, qui ſapiunt, dicitur, & creditur eſſe noſtra converſatio.

Atque illius quidem vita erat hujusmodi: dogmata autem Apoſtolica, & patria accurate tenebat. Quin etiam univerſus orbis terræ tunc pura & ſincera fruebatur religione, neque quicquam inimici zizaniorum tunc in eo naſcebatur. Cum autem jam longo tempore malignus hæc videret florere, & pura tranquillitate impleri Eccleſiam, perinde atque magna affectus eſſet injuria, nequaquam ſuſtinuit: ſed ut per dolum piam invaderet religionem, magnum ſtudium adhibuit. Nam cum videret eſſe longe difficillimum perſuadere Chriſtianis, ut negarent divinam Chriſti carnis ſuſceptionem, quæ jam longo tempore apud eos erat firma, ac ſtabilis, &, ut dicit Divinus David, extenderat quidem ſuos palmites usque ad mare, & usque ad flumina propagines: umbra autem ſua tegebat montes, & arbuſtis ſuis cedros Dei: tanquam ferus aper e ſylva, eam alio modo conatur perdere, qui propemodum ferebat ad idem damnum: & per venerandarum imaginum negationem, molitur inducere negationem carnis ſuſceptæ œconomiæ. Siquidem quæ ſunt imaginis, ſcimus tranſire ad exemplar primarium. Itaque ſenſim eum ſubiens, cui obtigerat imperium, improbum, inquam, & infauſtum Conſtantinum, in religionem ſecus affectum,

fectum, quam Conſtantinus ille qui fuit ejusdem nominis, & primus plantator pietatis, ei perſuadet, nefas eſſe Chriſtianis, & iis, qui ſunt ſub ejus imperio, vere ſacras honorare imagines. Quod quidem ille fieri prohibuit, exiſtimando, & dicendo hoc gentilis eſſe ſuperſtitionis, male profecto intelligens, & periculoſe admodum, & inſipienter, (id, quod dicitur a veteribus) miſcens ea, quæ miſceri non poſſunt. Nam quorum primum quidem exemplar eſt impium, eorum quoque figura eſt æque prophana iis, qui volunt eſſe pii. Quorum autem illud eſt adorandum, & venerandum, eorum quoque imago conſequenter digna eſt omni honore.

Sic ergo ipſe doctus a maligno Spiritu, juſſit per omnem terram, quæ eſt ſub cœlo, procedere, & ad extremos fines tranſire alienum hoc edictum, omne genus ſupplicii omni generi, & ætati aſpere minitans, ſi quis ſuo decreto non pareret, promptoque, & alacri animo illud non exciperet, immo ſi divinam aliquam figuram vel verbo tenus videretur honorare. Graviter vero, & immaniter puniunt, & nullam dant veniam ii, quibus obtigit imperium, quando iis, quæ ab ipſis ſunt conſtituta non obedientem aliquem acceperint, cum præſertim videatur juſſus pertinere ad multorum utilitatem. Iraſcuntur autem, non id curantes quod publice conducit, ſed ſuam explentes arrogantiam. Propter has ergo aſperas, & ſævas minas, licebat tunc videre civitates effectas in ſolitudinibus, eſſe autem deſertas plane civitates propter multitudinem eorum, qui ad eas veniebant ſolitudines. Nimis arctæ reddebantur cuſtodiæ, replebantur carceres, non latronibus, proh dolor, non expilatoribus, aut aliis ejusmodi maleficis hominibus: ſed viris piis ac religioſis, & Dominum timentibus, quorum erant per noctes ſtationes, & quorum ſunt ex Deo ſudores, & nocturnæ lachrymæ: & quos Hieruſalem vocabat libera civitas, honorifice apud eam diverſaturos.

Cum ergo tam magnum & tam grave bellum eſſet excitatum, & multi ſtatim tempori ceſſiſſent, ſerviliterque, &

illiberaliter omnino loquerentur, beatus hic Andreas, non ferens hunc novum modum captivitatis, neque pias animas, quæ ſuperna civitate miſere privabantur, deſpiciens, ſed tempus aptum eſſe arbitratus ad zelum magno & excelſo animo oſtendendum, quem pro pietate jamdiu parturiebat, relicta terra patria, & ſolo, quod eum aluerat, venit ſtatim Byzantium, tanquam quispiam fortis, & generoſus athleta, qui in exercitatione ſatis ſtudii poſuerat, & in ſtadium ſæpius deſcenderat. Itaque neque metum magiſtratuum, neque aliquid aliud grave reputans, in medium progreſſus, Imperatoris & eorum, qui erant ab ejus parte, malam ſectam libere arguebat, & honorem, qui divinis debebatur figuris, docebat, & ſtudebat: ſic, dicens, debet coli Deus, ſic venerari imagines. Porro autem dicebat ſe eo veniſſe, ut tolleret, quæ a diabolo parabantur, inſidias, & eos quidem, qui ſuam ſalutem prodiderant, adduceret ad pœnitentiam, & animum eis adderet, ut rurſum pugnarent: rurſus vero eos, qui ſtabant, precibus, adhortationibus, & conſilio muniret, tutosque redderet.

Cum is hæc publice prædicaret, & ne tantillum quidem de dicendi libertate remitteret, ea ſignificantur Imperatori. Qui cum ante civitatem in martyris Mamantis, quæ dicitur, baſilica, cum ſuo præſueto præſediſſet ſupercilio: & magnum quidem ex ſcenica illa ſpecie faſtum, magnam autem ex aſſentante illo ſatellitio gloriam ſibi induiſſet: & nec eos quidem, qui aderant, ſolum intueri ſuſtineret, orthodoxos vero torve, & ferociter adſpiceret, & nihilo mitius, quam fera agreſtis, in eos ferretur, & alios quidem boum nervis crudeliſſime cæderet, alios autem igni, & aliis ſuppliciis traderet: multorum vero etiam ipſos oculos, & linguam erueret, ut illis quidem aliorum athletarum non adſpicerent animi magnitudinem, nec hinc tolerantiæ magnum acciperent ſolatium: hac autem adempta non poſſent alios excitare ad certamen, neque eis veluti manum præbere per conſilium, & ſuaſionem: aliis autem ſimul manus, & pedes auferret, propter iræ vehementiam, & acerbita-

bitatem: hic beatus Andreas animo ſauciatus, & pro Domino ſpirans virtutem, & animi magnitudinem, cum e medio corde ſibi eſſet precatus, & ſubinde dictitaſſet: Domine ſerva, Domine dirige: ſeipſum in media injicit pericula, & eorum, qui circumſtabant, diviſa multitudine, latens eos, qui abigebant, cum veniſſet in conſpectum Imperatoris: Cur, inquit, o Imperator, ſi es Chriſtianus, hæc mala machinaris adverſus Chriſti imaginem, & ejus ſervorum? Ille autem non ferens hanc loquendi libertatem, ſed apertam contumeliam rem eſſe exiſtimans, loquentem Sanctum ſtatim interrumpit, & jubet iis, qui adſtabant eum comprehendere. Iis autem cædem ſpirantibus, manibus in eum irruentes, & alii quidem ejus caput, alii autem manus apprehendentes, alii vero ſuperhumerale, & alii tunicam, per ſummam contumeliam, & ut ei, qui juſſerat, magis gratificarentur, eum humi dejiciunt, qui erat animo excelſo: neque prius ceſſarunt eum trahere, donec ipſe Imperator, poſtquam ſatis ultus eſſet dicendi libertatem athletæ, volens itaque videri clemens, juſſit eum relaxari.

Cum autem proxime adducendum, & ſiſtendum curaſſet, cum eum prius terruiſſet ſævitia, deinde etiam alliceret manſuetudine: Undenam, inquit, eſt tanta tibi audacia, & inſcitia, ut juſſis repugnes Imperatoris, & coram eo intempeſtive, & citra ullam rationem libere, quæ vis, loquaris? Sed, ut videtur, volens aliquo modo nobis notus evadere, hanc viam ingreſſus es. Voluntas itaque tua deducta eſt ad effectum, & tuus tibi recte ſuccedet ſcopus, dummodo ſententiæ noſtræ aſſentiaris, & quæ valde recte ſe habet, confitearis religionem: tunc namque tibi omnia evenient ex ſententia. Ad hæc Andreas ille admirabilis: Non, inquit, audacia, nec inſcitia motus, o Imperator, nec ut tibi notus, & tuæ evaderem potentiæ, huc veni. Quid enim mihi rei eſt cum tuis? ſimiliter autem poſſum omnino etiam dicere cum iis, quæ ſunt hujus mundi, a quo quidem jam olim deſpecta ſunt, tamquam ſomnium: ſola

autem

autem grata eſt quies, & ſeorſum verſari cum Deo? Sed poſtquam accepi te ſentire aliena a fide orthodoxa, & privare Chriſtianos honore, qui debetur divinis imaginibus, & ſic quidem perturbare eos, qui tuo parent imperio, conturbare autem etiam Eccleſiam: non potui hanc ferre injuſtitiam: ſed patria relicta & meis, tantum maris ſpatium emenſus, venio magno cordis zelo incenſus, vel vos ab hoc errore liberaturus, vel pro meo Chriſto meam animam poſiturus, qui ſuam, etſi eſſet Dominus, pro me poſuit, & ſua imagine. Imperator autem, veniſti quidem certe, inquit, magna viſione apprehendens, & animo agitans, nempe ut ipſum Imperatorem, & omnes magiſtratus, & Pontificalis dignitatis venerandam, quantacumque ea ſit, canitiem traducas ad id, quod tibi videtur. Sed ut prolixis uti verbis mittamus, audi me ea, quæ oportet, conſulentem, & ab hac profunda emergens caligine, pare iis, quæ noſtra decernit potentia, & ipſe quoque ſis contentus ſequi communem ſententiam. Sin minus, te omnino docebit experientia, quantum malum ſit conſilii inopia, & vana de ſe perſuaſio, & ſuam tantum ſequendo ſententiam, ſe arroganter gerere adverſus Imperatores.

Audivit martyr, & cœlos adſpiciens, Non te negabo, inquit, Chriſte Salvator, non te pulchra fruſtrabor Confeſſione, non tuam contemptui habebo imaginem: Non deſpiciam, quod ad me quidem attinet, male patientem. Cædatur meum corpus, Imperator, lingua ſecetur, pedes excindantur. Nam ego quidem paratus omnia pati potius, quam meum Chriſtum vel umbratenus vilipendere, quem habeo præ omnibus, & quem olim ſolum ſequi conſtitui. Ad hæc tyrannus, quænam eſt, inquit, tanta amentia, & quam eſt craſſi, & hebetis ingenii, craſſæ, & in quam cadit interitus, materiæ, Dei ab interitu remoti, & materiæ expertis gloriam tribuere, & nec audire quidem, quod a Moſe prohibetur legislatore, qui dicit: Non facies ſimilitudines? Undenam ergo graviſſimus hic morbus, qui menti veſtræ inſedit, effe-

effecit, ut non ſolum ſcienter reſiſtatis: ſed vos etiam conjiciatis in periculum? Sedenim intellige, non pro veritate, neque pro Chriſto, ſed pro ipſa ſola, quæ eſt a ratione aliena, audacia, extrema patieris.

Hoc in loco cum ferre non potuiſſet vir generoſus blasphemæ linguæ contumeliam, ſed perinde atque honeſti proditionem arbitratus, ſacræ imaginis pati contumeliam, execrandum, inquit, caput, non tibi videtur pati pro Chriſto, qui pro illius forma patitur, neque ad primum exemplar credis tranſire ignominiam, qua imago afficitur? Et quomodo vos eos ſæpe, qui Imperatorias contumelia affecerunt ſtatuas, perinde ac eos, qui vos probris ſunt inſectati, ultimis affeciſtis ſuppliciis? quos quidem ego novi in ſtatuis æneos, vel etiam aureos extrinſecus, pice intus eſſe repletos, & ſtuppis, & lignis, & alia vili, & abjecta materia. Quod ſi vos, qui nunc eſtis pulvis, & cras non eſtis futuri, ſic honoramini ſtatuis, & imaginibus, & propemodum tamquam Dii vultis adorari, & eos, qui in Imperatorias peccaverunt ſtatuas, acerbiſſime punitis, adverſus Chriſti ſacram aliquid audere imaginem, non reputatis eſſe archetypi ipſius exemplaris ignominiam? neque eos, qui ſunt parati pro eo pati omnia, exiſtimatis periculum adire pro veritate? Deinde cum hæc jam dixiſſet martyr, & de Moſe vellet explicare, cujusnam juſſiſſet non facere ſimilitudinem: & quomodo ille effinxiſſet Seraphin, cum ipſum etiam exemplar ſit incorporeum, Imperator abrumpens orationem: Jam tempus eſt, dixit circumſtantibus, docere eum eſſe moderatum ac temperantem, & temerariæ illius linguæ referre ei gratiam. Si enim ii, qui regias ſtatuas, ut ipſe dicit, injuria afficiunt, acerbum, & inexorabile ſupplicium ſubeunt; qui adeo impudenter, & audacter ſceleratam in nos linguam immittit, quasnam luens pœnas, punietur pro meritis?

Sic dixit, & irato vultu martyrem ſtatim intuens, & manum de more movens, & valde exclamans, eum jubet nudari, deinde etiam extenſum funibus vehementer flagellari.

Ille

Ille autem ne ſic quidem puſillo & abjecto animo ſe geſſit adverſus ſententiam, neque ejus promptum animi ſtudium retardarunt, quæ jam exſpectabantur, plagæ, & flagella, ſed id majus reddebant & ardentius, ut quod ſpiritu a ratione alienis appetitionibus, & imperatoriis minis accenderetur. Cum ergo Imperator vidiſſet ſic ſe habentem virum fortem, & nihil omnino formidantem, ſed eſſe omnino paratiorem ſuſtinere flagella, quam dimittere illam rationem ſententiæ: timens, ne ſi ipſe ſanctus tormenti faceret periculum, fieret inde in Confeſſione conſtantior, & minime traduci poſſet, quomodo fortia animalia poſt plagam: induens perſonam benignitatis, priusquam, inquit, facias periculum tormentorum, ad martyrem adſpiciens, noſtro parens decreto, liberare ab iis, quæ te expectant, males. Martyr autem Chriſti ad ſuum agonothetam ſublatis oculis tam corporis, quam animæ, cum ſibi eſſet precatus firmam & immutabilem divinarum imaginum venerationem, & deinde etiam deorſum adſpexiſſet, & in tyrannum parum oculos conjeciſſet: O Imperator, inquit, miſſis bellis, quæ gereres contra barbaros, & civilium rerum adminiſtratione, totum, ut video, aperte tuum poſuiſti ſtudium contra Chriſtum, & ejus ſervos: & hæc agens, exiſtimas te poſſe in pace tenere ſceptra Romani imperii? Numquid ne Dei quidem times judicium, neque illum tuorum factorum expectas examinatorem?

Hoc in loco convicta fuit ficta manſuetudo Imperatoris, & aperta fuit ſimulatio. Nam ſolita detecta feritate, martyr vehementiſſime cædebatur boum nervis. Qui autem circumſiſtebant, volentes iræ Regis morem gerere, partim quidem juſſi verberare, plagas crudeliter intentant, & adeo crudeliter, ut fluerent rivi ſanguinis ex pretioſo illo corpore, & ſubjectum ſolum alte fieret purpureum: partim autem gladios accipientes, irruebant ad interficiendum athletam, multi etiam lapides in ipſum jaciebant, & omnibus modis injuria afficiebant non illum, ſed ſeipſos, ſic quidem Regi, qui eſt ad tempus, ſtudentes conjungi: omnino autem

tem ignorantes miseri, quantum hæc agentes se procul a Deo removerent, & qualem in tempus judicii illi quidem lætitiam, sibi autem lachrymas, & dolores miserabiliter reconderent. Sed Imperator movebat omnem lapidem, ut posset sanctum in sua habere potestate. Nescio enim quomodo, etsi esset insipiens, non ignorabat tamen, hac in re quidem certe se sapienter gerens, fore ut si illo potiretur, multos alios ex Orthodoxis statim caperet, eum, tamquam caput corpus & membra consequentes. Hæc cum ille sciret, jubet ipsum rursus relaxari a plagis, & rursus persuasione & prætextu benevolentiæ eum aggredi tentat.

Cum eum ergo curasset prope sistendum, & suum sermonem molliisset plusquam oleum, acutum tamen jaculum adversus pios, & acutum gladium, postquam vidit virum ne tantillum quidem illici blanditiis, sed cum majore dicendi libertate ejus arguere amentiam, deposita pelle erat lupus manifestus. Jussitque lapidibus confringi maxillas martyris, hæc reddens pro verbis, quibus cor ejus fuerat consauciatum. Ille autem erat plane alius Stephanus, iis, qui illi injuriam faciebant, preces reddens. Deinde martyrem quidem Imperator, tamquam reum condemnatum, misit rursus incustodiam, sed ignorabat se iis, qui in ea habitabant, Christianis valde promptum mittere doctorem. Gaudebat autem ipse quoque, sicut Paulus, propter Christum passionibus & afflictionibus, benignoque & clementi Deo magnas agebat gratias, quod dignus esset habitus plagis & carcere propter illius nomen. Quamobrem & iis, quæ dicebat, eos, qui aderant, valde instruebat, & confirmabat, & eo, quod quæ erant molesta & aspera, ferret cum gratiarum actione. Et corpus quidem erat vinctum in custodia, anima autem, etiam antequam illinc resolveretur, jam cœlestia visione intelligenter apprehendebat, adeo ut tyrannum propemodum reprehenderet, quod non ipsum citius liberaret a pondere carnis, & a vinculis naturalibus. Corpus enim erat illi carcer, qui ejus arcebat animam, & suo tegumento eam se-

jungebat a tabernaculis, quæ eam exceptura erant, & inenarabili, quæ illic eſt, beatitudine.

Dies interim non multi præterierunt, & rurſus accerſit Imperator martyrem e carcere, metu eorum, quæ expectabantur, & dolore malorum quæ advenerant, fractum ad futura ejus animum, & futurum multo molliorem & ignaviorem exiſtimans. Poſtquam autem productum ſanctum vidit audaciorem, & magis ſpirantem acrem propter Chriſtum amorem, eum veſte exuit, & propter eum lictores rurſus jubet aſſiſtere, & flagellis vehementer cædere, adhuc priorum plagarum aperta per univerſa membra ferentem veſtigia. Illi autem laniabant quidem carnes, & fodiebant ejus latera, & plurimam ejus carnis partem auferebant: ſed ne ſic quidem poterant ſuffurari theſaurum illius fidei. Poſtquam ergo vidit Tyrannus, omnia a ſe ſic temere, & fruſtra fieri, jamque eſſet plane animi dubius, & perplexus, eo deſcendit, ut ſe fateretur ſuperatum, nempe ut eum morte deinceps damnaret. Et jubet, ut funibus alligatis beatis illius pedibus, in ſolo trahatur per totam viam publicam: deinde ut cum deductus fuiſſet ad locum maleficorum, ibi jaceretur, qui Æde, qui ſupernis tabernaculis, qui erat dignus ipſis cœlis. Cum autem curreret martyr hunc curſum decertationis, & in terra per plenum urbis forum traheretur, vir quidam, qui e mari fuerat piſcatus piſciculos, & eos in foro proponebat venales, ſedebat autem ſuper cathedram peſtilentiæ, cum vidiſſet eum tam turpiter trahi, & quænam eſſet cauſa accepiſſet, exiliit ſtatim, tamquam a malo aliquo motus dæmone, & cum e propinquo cultrum macelli arripuiſſet, eo & pedem ſacri corporis amputat, & ſiſtit martyri curſum decertationis, eique finem imponit certaminis. Nam ſimul cum pedis amputatione e vita quoque excedit vir generoſus, vel potius ad cœlum currit, & ad eum aſcendit, qui poſuit ejus viam nulli reprehenſioni affinem, & perfecit pedes ejus tamquam cervi, & collocavit ſuper excelſa.

Hic

Hic eſt curſus viri fortiſſimi, hoc eſt ſtadium eorum, quæ in terra fuerunt, certaminum. Talis fuit virtus illius animæ, talis decertatio. Pretioſum autem theſaurum, corpus, inquam, martyris, qui ipſum trahebant per medium forum, ii jam mortuum ferentes abjecerunt in loco maleficorum: & ſic diu manſit jacens in loco vili, & probroſo, quod erat diligentiſſime cuſtodiendum, dimiſſum ut comederetur a feris, & volucribus: ut in eo impleretur rurſus, quod dicit David: poſuerunt morticina ſervorum tuorum eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ: Effuderunt ſanguinem ipſorum tanquam aquam (nam hoc quoque & illis conſequens) & non erat qui ſepeliret: donec is, qui dedit illi auxilium in carnis imbecillitate, ut pulchre decertaret, & non excideret a coronis gloriæ, is piis quoque præbuit animis, ne tali theſauro privarentur: pulchro, inquam, illo & ſacroſancto corpore. Non finit ergo id latere perpetuo, ſed id aperte efficit manifeſtum. Id autem facit hoc modo:

Duodecim viri, cum mali olim dæmones in eos inſiliiſſent, alius aliunde venientes, ut ejus, qui inhabitabat, ſpiritus unumquemque agebat inclinatio, ſimul, ſemelque inter ſe convenerunt: & cum propter communem calamitatem communiter quoque verſari & errare ſtatuiſſent, magnum terræ ſpatium transmittentes, repente, tamquam tracti ab una anima, veniunt in locum maleficorum, ubi projectum fuerat corpus martyris, & ſanctum confuſis, & non ſignificantibus invocabant vocibus. Quin etiam terram fodientes manibus, & eum in apertum proferre contendentes, in corporum congeriem incidunt: ſed aliis præteritis, (O miraculum) eum ſtatim agnoverunt, qui ipſos vocabat, & ſuſtulerunt corpus, quod ad ipſum advolante gratia, forte autem etiam mira fragrantia, obſcure ad ſe viros attraxerat. Sed id quidem ornatum convenientem ſtatim eſt aſſecutum: & deſiderantibus manibus in ſacro loco fuit ſacroſancte depoſitum. Loco autem nomen eſt Criſis. Qui

autem vexabantur a Dæmonibus, conſequenter adipiſcebantur curationem, & domum redibant cum magna lætitia, accipientes ſanitatem, tamquam mercedem inventionis. Et nunc eſt nobis ex illo tempore perpetuus theſaurus, & malorum, quæ nos ſemper comprehendunt, certum ſolatium. Nam ſeu morbo opprimitur aliquis, ſeu aliqua afficitur injuria, ſeu aliquo alio caſu vexatur, omnia deponet, ſi illuc cum fide acceſſerit, & gratiam conſequetur uberiorem. Quæ detur nobis aſſequi omnibus gratia & clementia Domini Noſtri Jeſu Chriſti : quem decet omnis gloria, honor, & adoratio cum Patre principii experte, & Sancto, ac vivifico Spiritu, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

I.

Itus ab Apoſtolo Paulo primus Cretenſium Epiſcopus ordinatus. Sanctiſſimi hujus viri parentes & patriam refert Cornelius a Lapide in Comment. ad Epiſt. S. Pauli ad Titum hoc modo: *Titus utroque parente Gentilis, & Græcus, adeoque ſi credimus Chryſoſtomo, Corintho oriundus fuit; Unde & identidem Titum nominat Apoſtolus ſcribens ſecundo ad Corinthios, eoque apud eos quaſi populares ſuos adminiſtro uſus fuit ad colligendas eleemoſinas aliasque res eccleſiaſticas.* Diverſam tamen patriam Tito aſſignant Græca Menæa, & Baſilianum Menologium, quorum authoritate addiſcimus Titum in Creta natales habuiſſe; ita enim ad diem XXV. Auguſti legitur in Menæis: *Sancti Apoſtoli Titi Epiſcopi Gortynæ in Creta diſcipuli Sancti Pauli Apoſtoli: B. Titus ex Mynoi Cretenſium Regis ſtirpe oriundus erat, quemadmodum teſtatur Zenas juriſconſultus, qui vitam ipſius præſcripſit.* Antiquam viguiſſe apud Cretenſes traditionem de Sancto Tito ex ſtirpe Minois Regis progenito novimus ex ſuperius allato Tracta-

tu

tu Chriſtophori Bondelmontii ita de Sancto Tito ſcribentis: *Eccleſia vero magna nimis Titi diſcipuli Pauli Apoſtoli de ſtirpe Minois jam deſolata remanet.* Apertius etiam Titi patriam effert Menologium Græcorum juſſu Baſilii Imperatoris editum; die enim XXV. Auguſti exorditur S. Titi elogium his verbis: *Titus Chriſti Apoſtolus prodiit ex Inſula Creta.* Conſonat Græcis Menologiis Petrus de Natalibus Epiſcopus Equilinus in vitis Sanctorum, dum enim Titi genus & patriam enuntiat ſic ait: *Qui* (Titus) *a Minoe Rege Cretæ generis duxit originem in eadem Inſula nobilibus parentibus ortus.* Cuinam vero ex his civitatibus natalium Titi honor tribuendus ſit, obſcurum mihi eſſe profiteor, hoc tamen certum indubiumque eſt, virum inſigni vitæ innocentia & ſanctiſſimis præditum moribus ab Apoſtolo Paulo Cretenſium Eccleſiæ fuiſſe præpoſitum, ut novum Chriſti gregem ibidem collectum aleret, atque ad eum regendum inſtruendumque Sacerdotes & Epiſcopos inſtitueret. In ea igitur ſibi credita Eccleſia cum Presbyteros, & Epiſcopos ordinaſſet, vitamque ad Apoſtolorum normam ſanctiſſime peregiſſet, meritis & annis cumulatus quievit in Domino. *Vixit*, ut teſtantur Menæa Græcorum, *ad annos quatuor & nonaginta. Erat enim viginti cum e Creta primum Hieroſolymam profectus eſt, ibique annum usque ad Aſcenſionem Chriſti in Cœlum, deinde decem alios ibidem manſit, tum delectus Apoſtolus a Principibus diſcipulorum Domini abſolvit in prædicatione Evangelii decem & octo. Rurſus in Creta & aliis Inſulis annos ſex, & in patria triginta novem exegit, ex quibus annis collectis numerus annorum nonaginta quatuor abſolvitur.* Obiit igitur anno Chriſti ſexto circiter ſupra centeſimum, etenim ſi anno ætatis vigeſimo Hieroſolymam acceſſit, ibique per annum usque ad Aſcenſionem Chriſti commoratus fuit, neceſſe eſt, ut annus Chriſti decimus tertius alligetur ad annum Titi natalitium, ideoque ſi annis nonaginta quatuor, quot in vivis degit Apoſtolicus vir, duodecim Chriſti adjungantur, qui Titi nativitatem præceſſerunt, evidens eſt, annum

ejus

ejus emortualem incidiſſe in centeſimum ſextum a Chriſti nativitate. Acta Sancti Titi, peregrinationes & labores concinnavit inter Memorias ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſpectantes Tillemontius Tom. II. in articulo Sancti Titi, ubi notat mira quædam de Sancto Tito tum a Menæis Græcorum, tum a Latinis quibusdam Scriptoribus apud Bollandum eſferri, quæ ſomnii potius ſpeciem referunt, quam Hiſtoriæ. Ad aſtruendam autem dictis fidem, ea ſe excerpſiſſe aſſerunt ex vita, quam Zenas (ajunt ipſi) a Divo Paulo in Epiſtola ad Titum memoratus, exaravit. Alia Sancti Titi vita ab authore anonymo Græce ſcripta, quæ Hagiographorum Antuerpienſium diligentiam effugit, in Codice Vaticanæ Bibliothecæ aſſervatur, quæ quidem videtur magna ex parte convenire cum iis, quæ in Menæis Græcis habentur. Hæc tamen brevior & ſincerior apparet, adeoque Menæa hanc exornaſſe & interpolaſſe videri poſſunt. Nihilominus utrobique Zenas narrationis author citatur, qui Fabritio Tom. V. Biblioth. Græcæ pag. 58. in notis, & Tillemontio Tomo & art. citatis ſuppoſitus Scriptor eſt. Eam in lucem itaque proferimus adjecta Latina interpretatione.

Μηνὶ τῷ αὐτῷ κε̃ (Αὐγούτῳ)

ΜΝΗ'ΜΗ ΤΟΥ 'ΑΓΙ'ΟΥ 'ΑΠΟΣΤΟ'ΛΟΥ ΤΙ'ΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟ'ΠΟΥ ΓΟΡΤΙ'ΝΗΣ

τῆς κατὰ τὴν Κρήτην μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Παύλου.

Οὗτος ὁ ἅγιος Ἀπόστολος ἐκ Κρήτης ὑπῆρχε τὸ γένος ὥσφησι ζηνᾶς ὁνομικὸς ὁ τὸν βίον αὐτοῦ ἀκριβῶς συγγραψάμενος ἐν ἀρχῇ οὖν τοῦ βίου αὐτοῦ πολλὴν ἐνεδείξατο σπουδήν, καὶ μάθησιν ἀκριβῆ εἰς τὴν τῶν ἑλλήνων παιδείαν, καὶ γέγονεν εἰς ἄκρον ἐμπειρότατοος εἰς τὴν σοφίαν τῶν γραμμάτων. εἰκόσ' ἀετὴς δὲ γέγονως τῆς ἡλικίας αὐτοῦ καλῶς τοροβαινούσης ἀκούει φωνῆς ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ ἐνεχθείσης, Τί-τε δεῖ σε ἐνταῦθα, καὶ ἐκ τοῦ τόπου τούτου ἐκδημῆσαι, καὶ τὴν ψυχήν σου σῶσαι. Ὁ δὲ ἀκούσας ὑπερεθαύμασε καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῷ λέγων. Τί ἂν εἴη τὸ τέλος τῆς τοιαύτης φωνῆς τῆς θείας. Ὁ οὖν Ἀνθύπατος Κρήτης μέγας καὶ περιβόητος πάσης τῆς νήσου ὑπάρχων, ὁ καὶ θεῖος τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου γνήσιος ὤν, ἀκούσας τὴν τοῦ δεσπότου, καὶ Κυρίου καὶ Θεοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ σωτήριον γέννησιν, καὶ τὰ ἕτερα παραδόξως γεγονότα ἀπέστειλε τοῦτον ἐν ἱεροσολύμοις ὡς ἱκανὸν καὶ ἐξαγγεῖλαι τὰ ἀκουσθέντα ἐν ἀκριβίᾳ. ὁ δὲ παραγενόενος ἐντίμως ἐν ἱεροσολύμοις, καὶ προσκυνήσας τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ Θεὸν, καὶ πεσὼν μέχρι καιροῦ, καὶ εἶδε καὶ τὰ σωτήρια αὐτοῦ, καὶ πανάχραντα πάθη, καὶ τὴν σταύρωσιν, καὶ τὴν ταφὴν, καὶ τὴν ἁγίαν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ τὴν θείαν ἀνάληψιν, καὶ τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος εἰς τοὺς Ἀποστόλους ἐπιδημίαν καὶ κάθοδον. Προέγραψε δὲ τῷ θείῳ αὐτοῦ τῷ Ἀνθυπάτῳ Κρήτης. ὅτι ἅπερ ἀκήκοας ἀληθῆ εἰσι, καὶ ὅτι αὐτὸς ἐστιν, ὃν ἀκήκοας ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ ποιεῖ θαυμάσια μεγάλα. Ὁ δὲ ἅγιος Τίτος ἀκούσας ταῦτα ἐπίστευσε τῷ Χριστῷ, καὶ ἐβαπτίσθη καὶ συνηριθμήθη τοῖς ἑκατὸν εἴκοσι καὶ τοῖς τρισχιλίοις τοῖς πιστεύσασι τῷ Χριστῷ διὰ τῆς τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Πέτρου διδασκαλίας, καὶ μετὰ ταῦτα χειροτονεῖται, καὶ ἀποστέλλεται μετὰ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Παύλου διδάσκειν πανταχοῦ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ τὸ κήρυγμα καταγγέλλειν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ παραγίνεται μετ' αὐτοῦ εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας, καὶ εἰς τὸ Ἰκόνιον, καὶ εἰς λύστραν, καὶ Δέρβην, καὶ εἰς ἑτέρας πόλεις πολλὰς διδάσκων τὸν Χριστόν. καὶ ἐπιστρέφοντες πολλοὶ βαπτίζοντες εἰς ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ῥουστίλλου τοίνυν τοῦ ἐπαδέλφου. καὶ οὗτος ἐτελείωθην ὁ ἅγιος Τίτος, ὦ ἡ δόξα ἐκ τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MEN-

MENSE IPSO AUGUSTI

MEMORIA SANCTI APOSTOLI TITI EPISCOPI GORTYNIÆ,

Quæ eſt in Creta, diſcipuli Sancti Apoſtoli Pauli.

ISte Sanctus Apoſtolus ex Creta ortum duxit, ut ait Zenas honomicus, qui vitam ipſius diligenter ſcripſit. Initio igitur vitæ ſuæ multam adhibuit curam, & ſecundum Græcorum inſtitutionem eruditus eſt diligentiſſime: & egregie ad ſummum calluit ſapientiam litterarum. Aquilæ ſimilis cum optime adoleviſſet ætate, audiit vocem de cœlo illi allatam: oportet te iſthinc, iſtoque ex loco demigrare; tuamque animam ſalvam facere. Ille vero audiens omnino obſtupuit, volvebatque animo ſecum reputans; quidnam ſibi ſcopus vellet divinæ illius vocis. Proconſul igitur tota Cretæ Inſula pervulgatus, & clarus cum præſens eſſet, ipſe quoque patruus Sancti Apoſtoli legitimus, audiens Patroni, & Domini, & Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſalutiferam generationem, & alia mirabiliter geſta miſit ipſum Hieroſolymas, quippe idoneum exiſtentem pro ſua ſapientia qui audiret, & intelligeret, & renunciaret audita accuratiſſime. Ipſe igitur honorifice præſens factus Hieroſolymis, procidens ante Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & Deum, & ſubſiſtens ad tempus, vidit ſalutaria illius geſta & omnimodas paſſiones, & Crucifixionem, & ſepulturam, & ſanctam a mortuis reſurrectionem, & divinam Aſſumptionem, & Sancti Spiritus ſupra Apoſtolos adventum & deſcenſionem. Perſcripſit vero ipſius Patruo Cretenſi Proconſuli: quod quæcumque audiveras, vera ſunt; & quod ipſe eſt, quem audieras, Filius Dei viventis, & operatur magna prodigia. Ipſe vero Sanctus Titus hæc audiens credidit Chriſto, & baptizatus eſt, & adnumeratus eſt centum & viginti, & millibus tribus credentibus in Chriſtum ex prædicatione Divi Apoſtoli Petri, & deinde

ſuffragiis electus, & miſſus eſt cum Divo Apoſtolo Paulo ad docendum ubique ſermonem veritatis, & prædicandum Evangelium in univerſo Orbe; cum ipſo igitur fuit Antiochiæ Piſidiæ, & Iconii, & Lyſtris, & Derbæ, & in aliis pluribus Civitatibus prædicans Chriſtum. Et converſi multi baptizati ſunt in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Rhuſtillo igitur Epadelpho, & ipſe confectus eſt Sanctus Titus, cui gloria in ſæcula ſæculorum.

Titi Apoſtoli Αποστολικῶν ἐγκωμίων ἐφάπτεσθαι μέλλοντι, ideſt Apoſtolica encomia concinnavit Andreas Cretenſis, quæ mss. reperiuntur in Marciana Venetiarum Bibliotheca, eaque Græca & Latina edidit Combefiſius inter Orationes ipſius Andreæ Cretenſis.

Tito adhuc in vivis degente Cretam Inſulam gravi terræ concuſſione contremuiſſe, atque antiquam Belli Trojani Hiſtoriam in ſui ſcriptoris tumulo latentem repertam fuiſſe, refert Joannes Malala in Chronographia his verbis:

„ Anno autem XIII. Imperatoris Claudii Creta Inſula Di-
„ vinam iram paſſa, tota terræ motibus agitata eſt. Eodem
„ tempore Dictys Cretenſis in tumulo reperta eſt pyxide ſtan-
„ nea incluſa Trojani belli Hiſtoria ab eodem Dicti ſecundum
„ rerum geſtarum veritatem expoſita. Pyxidem hanc, quæ
„ ad ſepulti caput jacebat, theſaurum rati qui illac tranſi-
„ bant ad Imperatorem Claudium deferunt, qui pyxide aper-
„ ta, neque cognita Hiſtoriam hanc deſcribendam dedit, de-
„ ſcriptamque in Bibliotheca publica reponendam curavit.

Eccleſia itaque Cretenſi fundata, nec prædicatione minus, quam ſanctiſſimis exemplis firmata, *beatum finem adeptus* Sanctus Epiſcopus *ſepultus eſt*, ut teſtatur Martyrologium Romanum ad diem IV. Januarii, *in Eccleſia, ubi a Beato Apoſtolo dignus miniſter fuerat conſtitutus*. Corpus autem venerandi ſenis in Cathedrali Gortynæ Eccleſia Deo ſub ſui nominis titulo dedicata reconditum fuit, in qua honorifice

fice quievit, donec ſæculo IX. deſolata a Saracenis, & funditus everſa civitate, inter ruinas ſuæ Eccleſiæ adeo obvolutum immixtumque fuit, ut nullo modo deinceps inveniri potuerit. Hoc innuit in ſuo de Inſula Cretæ tractatu Bondelmontius, ubi everſam Gortynæ civitatem oſtendit: *Eccleſia vero magna nimis Titi diſcipuli Pauli Apoſtoli de ſtirpe Minois jam deſolata remanet cum corpore dicti non inventi.* Licet autem corpus inter Templi deſtructi rudera ſoli Deo notum quieſcat, venerandum tamen caput, quod fortaſſe a reliquo corpore ſeparatum aſſervabatur, ad novæ civitatis Candiæ Eccleſiam deductum fuit, quod, ut referunt Biographi Antuerpienſes, *magna cæremonia certis temporibus ſpectandum populo proponebatur.* Quum autem Deo ſic diſponente urbs Cretæ Metropolis, Candia nuncupata poſt acerrimam & diuturnam obſidionem in Turcarum poteſtatem deveniſſet, ſacrum Divi caput Venetias delatum eſt, & Senatu jubente in Lipſanotheca Ducalis Baſilicæ repoſitum; ſic enim legitur in S. C. diei 26. Februarii anni 1669. Veneto More computati: " La teſta di S. Tito così venerata, e di tanto „ grido doverà pur eſſer decentemente conſervata nel San„ tuario, & eſpoſta annualmente il giorno dello ſteſſo San„ to ſopra l'Altar Maggiore all'adorazione ". Exponitur igitur annuatim ſacrum caput frequenti populo, officium tamen quod ſub ritu duplici de Communi Apoſtolorum celebratur, transfertur ob concurrentiam Octavæ Sanctorum Innocentium ad aliam diem. Authores de Tito ſcribentes recenſet Baronius in notis ad Martyrologium, quibus adde Pinium in Actis Sanctorum, & Tillemontium.

II. Philippus Gortynæ in Creta Epiſcopus enuntiatur in Martyrologio Romano die 11. Aprilis hoc modo: Gortynæ in Creta S. Philippi Epiſcopi vita, & doctrina clariſſimi, qui temporibus Marci Antonini Veri, & Lucii Aurelii Commodi Eccleſiam ſibi creditam regens a furore Gentilium, & Hæreticorum inſidiis eandem tutatus eſt. Illuſtre ſanctitati ipſius teſtimonium reddit Euſebius Hiſt. lib. IV.

cap. 22. ſeu, ut verius dicam, S. Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus in Epiſtolis, quas ad Eccleſiam Gortynæ ſcripſit: *in quibus Philippum Epiſcopum eo magnopere collaudat, quod Eccleſia quam regebat, propter multas, & generoſas virtutes quibus erat imbuta, teſtificatione omnium plurimum eſſet approbata*. Et mox idem Euſebius lib. cit. cap. 24. *Philippus porro quem Dionyſii teſtimoniis Eccleſiæ Gortynenſis Epiſcopum fuiſſe cognovimus, longe accuratiſſimum opus contra Marcionem contexuit*. Eadem ferme profert de Philippo S. Hieronymus lib. de Script. Eccleſiaſt. ex quo alii recentiores acceperunt.

Duos poſt Philippum affert veluti Gortynenſis Eccleſiæ Præſules Metropolitas Lequienius, de quorum tamen dignitate ambigendum ex mox adducendis haud immerito cenſeo. Ii ſunt:

III. Dioſcorus Epiſcopus Cretenſis, qui Hæreticos Archonticos & Secundianos, ut refert author libri de hæreſibus Primaſius, damnavit. Tempus quo floruit, & Eccleſia, cui præfuit, ignorantur.

Myron Epiſcopus in Creta ob multitudinem & præſtantiam miraculorum Thaumaturgus a Græcis appellatus in univerſali Eccleſia colitur, de quo Martyrologium Romanum memoriam profert ad diem VIII. Auguſti his verbis: In Creta Sancti Myronis Epiſcopi miraculis clari: Ex hoc autem, quod in Martyrologio Romano Epiſcopus in Creta dicatur, illum Lequienius admiſit in ſerie Gortynenſium Præſulum, qui Metropolitica dignitate in ea Inſula effulgebant. At cum ex actorum ipſius S. Myronis compendio eruditiſſimus vir Joannes Pinius in Bollandiano opere ad diem enuntiatam Auguſti ſatis oſtendat ipſum in Rhaucia Cretæ urbe Epiſcopum fuiſſe, ad eam Eccleſiam, quæ unico hoc Epiſcopo inſignis eſt, illius nomen afferemus.

Quum igitur ex eo, quod aliquis dicitur Epiſcopus Cretæ, non ſtatim ſequatur, quod fuerit Gortynæ Metropolis Antiſtes, ideo jure nobis ambigendum eſſet non ſolum de Myrone, quem novimus alterius civitatis Epiſcopum, ſed etiam

etiam de ſuperius enuntiato Dioſcoro ; quem tamen quia nulli certæ Eccleſiæ aſſignandum invenimus, inter Gortynenſes relinquimus Lequienii authoritati adhærentes.

IV. Cyrillus Martyr a Lequienio, Martyrologii Romani, & Græci Menologii authoritati innixo Gortynæ Civitatis Epiſcopus enuntiatur. Rabanus tamen, Florus & Notkerus paſſionis palæſtram Ægyptum, non Cretam fuiſſe referunt. Ex hac ſcriptorum diſcrepantia multæ prodeunt difficultates, nempe quo tempore, quo loco, ſub quo Imperatore paſſionem conſumaverit, & cujus urbis fuerit Epiſcopus ſacromartyr Cyrillus. Eas omnes quæſtiones eruditiſſime more ſuo pertractat Joannes Pinius S. J. in actis Sanctorum ad diem nonam Julii, hæretque anceps in omnibus. Urbis Epiſcopatum (quod ad nos attinet) Græca acta recenſent hunc titulum præferentia: *Martyrium S. Cyrilli Archiepiſcopi Gortynæ Metropoleos Cretæ ;* qui quidem titulus præfigitur Elogio S. Cyrilli apud Sirletum. *Timorem*, ita Pinius loco citato, *non abs re movet Tillemontius, ne character Epiſcopi Gortynæ pertineat ad aliquem Cyrillum, qui vixerit ſæculo nono, & reliqua ſpectent ad alium, qui ſæculo tertio, vel initio ſæculi quarti martyrii palmam ſit conſequutus ; qui in tali caſu potuerit fuiſſe Epiſcopus in Ægypto.* Quæſtionem hanc igitur cum in accurata trutina perpendiſſet Tillemontius Tom. III. pag. 715. ſic ſcribit: *Les Grecs le font Evesque de Gortine (Metropole de Crete) ce qui a eſté embraſſé par le Martyrologe Romain, & nous avons cru pouvoir ſuivre le Grecs, devant avoir eſté mieux informés, que les autres de ce qui regardoit un Saint d'Orient.* Conſulendi itaque erunt Pinius in actis Sanctorum, & Tillemontius, uterque enim fuſiori calamo quæſtiones diſcutit de loco, tempore & Epiſcopatu Sancti Cyrilli. Nobis ſatis erit hoc loco elogium dare, quod de hoc Sancto in Martyrologio Romano affertur ad diem IX. Julii: *Gortynæ in Creta Sancti Cyrilli Epiſcopi, qui in perſecutione Decii ſub Lucio Præſide flammis infectus, cum incenſis evaſiſſet illæſus, ac ſtupore tanti miraculi a Judice dimiſſus eſſet, rurſus pro in-*

ſtan-

ſtanti & alacri fidei prædicatione facta de Chriſto, ab eodem capite plexus eſt. Nec parvi hoc loco facienda eſt Romani Martyrologii authoritas, qua Cyrilli paſſio ad Decii Imperium alligatur, ſiquidem ex eadem Decii perſecutione, quæ in Cretam usque ſe ſe extendit, alia paris decoris eidem Inſulæ, & Gortynenſi præcipue civitati provenerunt ſacra ornamenta, ex paſſione ſcilicet Sanctorum Decem Martyrum, quorum quinque, ut ſuperius diximus, ſcilicet Theodulus, Saturninus, Euporus, Gelaſius, & Eunicianus in Gortyna civitate natalia habuerunt.

V. Eumenius a Græcis ob patrata miracula Thaumaturgus appellatus, cum virtutum laude floreret, *a Clero populoque delectus Gortynæ Urbis Cretæ Inſulæ Epiſcopus ordinatus eſt. Quo in Pontificatu* (verba ſunt jam citati Menologii Græcorum Baſiliani) *cum multos annos vixiſſet, multosque populos, quæ ad regnum Cœlorum pertinent, docuiſſet*, donumque *multorum miraculorum accepiſſet, obdormivit miraculis etiam poſt mortem inſignis usque in præſentem diem.* Notat Lequienius ex recentioribus Menæis, Eumenii corpus ſepultum fuiſſe *in Raxo* loco, in quo corpus Cyrilli deceſſoris ſui jacebat, unde optime arguit, Eumenium paulo poſt tempora Cyrilli claruiſſe.

VI. Petrus *Epiſcopus Cretæ junior pedibus præciſis martyrium obit.* Ita ex Menæo Chiffletii, quæ verba ex Synaxario Sirmondi deſumpta eſſe, aſſerit Joannes Pinius S. J. in actis Sanctorum ad diem XIV. Julii. Quum autem dicatur *junior*, conſequens eſt, ut alium ejusdem nominis in Eccleſia quam adminiſtravit, habuerit præceſſorem; nullus autem in Gortynenſi Eccleſia legatur Epiſcopus Petrus nomine ante hunc, qui tamen cum ſolo Cretenſis Epiſcopi titulo connotetur, dubium eſt an Metropolitanæ Eccleſiæ præfuerit.

VII. Iconius, quem ex antiquis mss. Latinis Ticonium appellandum eſſe aſſerit Lucas Holſtenius in annot. ad Geog. Caroli de S. Paulo, ſedit in Concilio Epheſino anno 431. fideique Nicænorum Patrum, & S. Cyrilli Patriarchæ Alexan-

xandrini ſententia ſe adhærere faſſus eſt, ut teſtantur ejusdem Concilii acta, in quibus hæc leguntur: *Iconius Metropolis Gortynæ Cretæ Epiſcopus dixit*: Fidei Sanctiſſim. Nicænorum Patrum expoſitione recitata, lecta rurſum & recitata epiſtola Cyrilli patris, ac Epiſcopi ſanctiſſimi, cognitoque hujus ſententiam cum illius expoſitione apte congruere, aſſentior, & ſubſcribo, eandemque ſententiam ſequor in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. Qui autem ſecus ſapiunt, eos a Sancta Synodo rejici *non dubito*. Sententiæ in Neſtorium deinde latæ decimo loco ſubſcripſit.

VIII. Martyrius Epiſcopus Gortynæ Cretæ ſubſcripſit primum Concilio Epheſino II. ſeu verius Conciliabulo anno Chriſti 449. mox Oecumenico Concilio Chalcedonenſi interfuit, in cujus actis (quibus ſubſcripſit) ſæpe memoratur: Martyrius Epiſcopus Gortynæ Metropolis Cretenſium. Epiſtolam Leoni Auguſto hujus nominis I. Imperatori C. P. miſit Martyrius, in qua multa exponit tum de Synodo Chalcedonenſi, cum de Sancti Proterii nece, & de Epiſcopi Timothei ordinatione; cui quidem epiſtolæ ſubſcripſerunt ſeptem alii Epiſcopi Cretenſis Inſulæ, ut videre eſt Tom. IV. Concil. Labb. Venetæ Edit. pag. 1929. In vivis degebat Martyrius poſt annos ſeptem a Synodo celebrata, ut refert Lequienius.

IX. Theodorus *Epiſcopus Gortynæ, quæ Metropolis eſt Provinciæ Cretenſis*, Concilio Oecumenico Conſtantinopolitano anno Chriſti 536. contra Antimum & Severum aliosque Acephalos Hæreticos congregato interfuit, *& Severum, & ejus impia ſcripta, Petrum quondam Apameæ, & Zoaram communicatoresque ipſorum anatematizans* actis Concilii ſubſcripſit: *Theodorus miſericordia Dei Epiſcopus Gortynæ, quæ eſt Metropolis Cretæ inſum Provinciæ*.

Veterem inſcriptionem Græcam ad hunc Theodorum Epiſcopum ſpectantem affert Clariſs. Muratorius in Theſauro veterum inſcriptionum pag. CDXXIV. num. 7. eamque ex eruditiſſimo P. Montfauconio ſe deſumpſiſſe fatetur. Eandem prorſus profert in ſuo Orientis Itinerario Dom. Pittonius

nius de Tournefort, qui Montfauconium citat, & ab eo Latinam interpretationem prodiiſſe aſſerit. Hæc itaque profert epiſtola ſecunda, in qua de rebus Creticis agit.

+ ΕΠΙ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤ ΑΡΧΙΕΠΙСΚ<
ΚΑΠΙΛΙΟΥ ΤΟΥ ΠΕΡΙΒΛ ΑΝΘΥΠΑΤΟ Υ
ΕΥΤΥΧΩС ΑΝΕΝΕΩΘΗ ΚΟΥ.... Ο ΤΟΙΧΟС
Τ ΦΛ ΑΠΠΙΩΝΟС ΤΟΥ ΚΑΜΠΡ ΙΝΛΒ +

Sic legit Montfauconius Palæogr. Græc. lib. 2. p. 173.

Ἐπὶ Θεοδώρου τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου καὶ Α. Πιλίου τοῦ περιβλέπτου ἀνθυπάτου εὐτυχῶς ἀνενεώθη Κου.... ὁ τοῖχος ὑπάτου Φλαβίου Ἀππίωνος τοῦ λαμπροτάτου ὑπατικοῦ.

IDEST

Sub Theodoro Sanctiſſimo Archiepiſcopo, & A. Pilio conſpicuo Proconſule, feliciter reſtauratus eſt murus, Conſule Fl. Appione ſplendidiſſimo illuſtri 2. vel poſt Conſulatum ejus anno 2.

Addit deinde ad hæc Muratorius:

„ Spectat igitur hæc inſcriptio vel ad annum Chriſti „ 539. vel 541.

X. Joannes Cretenſis Epiſcopus encyclicam Divi Gregorii Magni Papæ accepit epiſtolam ſignatam menſe Decembri Indict. I. quæ Chronicæ notæ anno Chriſti 598. alligantur, in qua de lege Mauritii Imperatoris agitur, & quod ex militia nemo niſi triennio ante probatus, ſuſcipiendus ſit.

XI. Paulus Archiepiſcopus Cretenſis duas Vitaliani Summi Pontificis ſibi miſſas accepit epiſtolas, quarum altera VI. Kalendas Septembris Indict. II. anno nempe Chriſti.... data Pontifex Paulum Archiepiſcopum gravibus verbis arguit, quod Joannem Lappæ Epiſcopum injuſte damnaverit, & ad Sedem Apoſtolicam provocantem dimittere abnuerit. Sententiam ab Archiepiſcopo, & ſuffraganeis ejus Epiſcopis contra Joannem Lappenſem latam, ſignificat in Synodo Romana

mana fuiſſe deletam, & ipſum Joannem Epiſcopum, utpote innocentem priſtino honori reſtitutum ex Patrum judicio fuiſſe. Altera vero Epiſtola, quæ eadem die ſcripta fuit, mandavit Paulo Archiepiſcopo Vitalianus Pontifex, ut Joanni Epiſcopo Lappæ duo Monaſteria *Palea* & *Arſilli* nuncupata reſtituat; diaconum, qui uxorem duxerat, corrigat; & Curialem quemdam malæ vitæ nomine Eulampium a ſe dimittat. Epiſtolas vulgavit Labbeus Tom. VII. Concil. col. 459. & ſeq.

XII. Baſilius Gortynæ Archiepiſcopus in Concilio Oecumenico VI. quod Conſtantinopoli convocatum fuit adverſus Monothelitas, Stephanum Monachum Monothelitam Macarii diſcipulum convicit ex Sanctorum Athanaſii & Gregorii Theologi authoritate. Eidem Synodo ut Apoſtolicæ Sedis Legatus præfuit, ſic enim actis ſubſcriptus legitur: *Baſilius Miſericordia Dei Epiſcopus & Metropolita Civitatis Gortynæ Inſulæ Cretæ, & Legatus totius Concilii Apoſtolicæ principalis Sedis antiquæ Romæ definiens ſubſcripſi*. & deinde nomen ſuum apponens Epiſtolis a Concilio ad Agathonem Papam miſſis, ſic effert: *Baſilius Miſericordia Dei Epiſcopus Gortynenſis Metropoleos Inſulæ Cretæ pro me, & Synodo, quæ ſub me eſt, ſubſcripſi*. Anno deinde 692. alii Concilio Conſtantinopolitano, quod Quiniſextum, ſeu Trullanum nuncupatur, interfuit, nomenque ſuum appoſuit iisdem titulis decoratum, quibus in ſexta Synodo ſe enunciaverat: *Baſilius Epiſcopus Gortynorum Metropolis Chriſto amabilis Inſulæ Cretæ, & locum tenens totius Synodi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubſcripſi*.

XIII. Andreas Cretenſis vulgo nuncupatus a piis parentibus ortus eſt in civitate Damaſcena. Hieroſolymis Monaſticam vitam amplexus eſt, & deinde a Theodoro Jeroſolymitano Patriarcha Clericus primum, mox Diaconus ordinatur, & demum ob egregias virtutes & doctrinam Archiepiſcopus Cretenſis eligitur. Sunt aliqui, eosque inter Lequienius, qui Andream Cretenſem inſimulant, quod Mo-

nothelitis aliquando adhæſerit, & ſanctam Oecumenicam Synodum VI. anathemati ſubjecerit in Conciliabulo Conſtantinopoli, quod impius Philippicus Bardas Imperator Monothelita convocaverat. Accuſationem hanc adverſus Sanctum Epiſcopum affert Lequienius ex Theophane, qui ad annum Philippici ſecundum ſcribit, Andream Metropolitam Cretæ, & Germanum Cyzici propalam Quiniſextæ ſeu, ut vocant, Trullanæ Pſeudoſynodo, adverſus Oecumenicam ſextam convocatæ ſubſcripſiſſe, cumque ſuis collegis anathemati ſubjeciſſe prædictum Sanctum Oecumenicum Concilium. *Atqui* (addit deinde Lequienius poſt allatum Theophanis teſtimonium) *ut Joannem Conſtantinopolitanum Patriarcham, & Germanum pœnituit eorum, quæ Philippico authore male geſſerant, ita Andream quoque Cretenſem, qui hac eluta labe, ſanctus poſt mortem haberi meruit.* At eruditiſſimus Pinius Bollandiani operis continuator dum acta Sancti Andreæ Cretenſis ad diem IV. Julii inter Acta Sanctorum texit, exemplum Clariſs. Henſchenii ſequutus, qui Sanctum Germanum Cyzici Metropolitam a Monothelismo vindicaverat, methodum docet, qua Sanctum Andream ab hujusmodi labe immunem fuiſſe oſtendatur. Floruit, ut ex ſupra laudato Pinio addiſcimus, ſæculo VII. & ad initia ſæculi VIII. pervenit, mortuusque eſt, ut referunt Menæa Græcorum, in quadam Inſula, cui nomen Hieriſo, non procul ſita a Mitylene. Vitam S. Andreæ ex Græcis Menæis & Menologiis excerptam Græco & Italico ſermone edidit Nicephorus Pasqualeo Sacromonachus Græcus, Venetisque typis vulgavit anno 1623. in qua mentionem agit de ſacra & prodigioſa S. Andreæ Cretenſis Epiſcopi reliquia Venetiis apud Moniales Sancti Sepulcri aſſervata, ut ſuſius affertur in Eccleſiis Venetis Illuſtratis Tom. XI. pag. 283.

XIV. Elias Epiſcopus Cretæ enuntiatus legitur in actione prima Synodi Nicenæ ſecundæ, quæ inter Oecumenicas numeratur VII. cujus actis ſubſcripſit hoc modo: *Elias peccator Epiſcopus Cretenſium Inſulæ, libenter omnia quæ præſcri-*

ſcripta ſunt, *ſuſcipiens ſubſcripſi*. Vir doctrina præſtans lucubrationes multas, & præſertim commentaria in ſermones Sancti Gregorii Theologi edidit.

XV. Cyrillus hujus nominis II. tunc temporis Eccleſiæ Gortynenſi præfuit, cum Saraceni ex Hiſpania egreſſi Cretam Inſulam igne ferroque vaſtatam Byzantino Imperio adimentes in ſuam poteſtatem redegerunt. Leoni Armeno conjuratorum impetu interfecto ſuffectus fuerat in Orientali Imperio Michael Rancabe ſeu Balbus, cui, ulciſcendæ Leonis necis prætextu, bellum intulit Thomas Tyrannus, qui pridem vivente Leone ipſo Armeniam vi occupaverat. Dum igitur inteſtino hoc bello laboraret Imperator, & potiorem exercitus partem adverſus Thomam procedere juſſiſſet, eam occaſionem nacti Agareni, qui pridem præclariſſimas Orientis Inſulas fœde depopulati fuerant, in Cretam Inſulam deſcenderunt, & Gortynam Regni Metropolim a fundamentis everterunt, cujus quidem urbis reliquias ſe (ut ſupra retulimus) vidiſſe teſtatus eſt Bondelmontius. Urbis habitatores aut ferro trucidaverunt Barbari, aut in captivitatem redegerunt, ſed & Cyrillum Epiſcopum, quod Chriſto renuntiare detrectaſſet, glorioſo Martyrio coronarunt. Hoc *Græcorum annales teſtantur*, ait Baronius, qui annalium nomine Hiſtoricos Græcos fortaſſe intelligit Cretæ Inſulæ cladem, & Cyrilli triumphum referentes. Ex iis Joannes Zonaras refert Cyrillum tempore Michaelis Balbi Imperatoris pro Chriſti defenſione martyrii coronam obtinuiſſe. Curopalates vero ſcribit, Cyrillum Gortynæ Præſulem tempore irruptionis Saracenorum martyrii corona donatum fuiſſe, quod Chriſtum negare noluiſſet. Et demum Cedrenus aſſerit, tunc temporis Cyrillum Epiſcopum martyrii coronam ſupplicio eſſe conſecutum. Licet autem Cyrilli Epiſcopi Gortinenſis paſſio tot tamque fide dignis teſtibus comprobetur, hæret tamen anceps Card. Baronius in Annal. eo quia Latina & Græca Martyrologia Cyrillum Epiſcopum & Martyrem alligent ad tempora Decii ſeu Diocletiani. Hanc Clariſs. vi-

ri dubitationem lenire videtur Pinius in actis Sancti Cyrilli ſenioris ſtatuens ex fide trium, quos ſupra memoravimus, ſcriptorum, juniorem aliquem Cyrillum Gortinæ Epiſcopum ſæculo IX. floruiſſe, quem valde ſuſpicatur (in eadem quoque etiam Tillemontius ſuſpicione hæret) *confuſum eſſe perperam cum ſeniore*. *Cæterum* (ita ex Cedreno Baronius in annalibus ad annum Chriſti 823.) *Saraceni potiti Inſula, ut eam retinerent, Monachi uſi conſilio in loco tuto Candace nominato urbem munitam erexerunt, ex qua univerſæ Inſulæ dominarentur. Factumque ex hoc eſt, ut loco Cretæ Inſula Candax cæperit nominari, atque ſic vulgo Candia dici.*

Poſt Cyrillum inter Gortynenſes Archiepiſcopos recenſet Lequienius Baſilium hujus nominis ſecundum, ex eo fortaſſe quod Nicetas a Baronio etiam in annalibus citatus in vita Sancti Ignatii Patriarchæ aſſerat, eum fuiſſe in Creta Epiſcopum, & deinde occupata a Saracenis Inſula Theſſalonicam confugiſſe, cujus urbis Epiſcopus evaſit. Ipſius electionem ad Archiepiſcopatum Theſſalonicæ, & invictum animi robur refert Joannes Bollandus in Actis Sanctorum ad diem primam Februarii Græcos Martyrologos ſequutus, qui eadem die memoriam agunt in Menæis *Sancti Baſilii Archiepiſcopi Theſſalonicenſis Athenis oriundi*. Quod autem Gortynenſem Eccleſiam Baſilius Archiepiſcopus adminiſtrarit, inveriſimile prorſus videtur ex iis, quæ ſuperius tum de ipſo, tum de Cyrillo Archiepiſcopo attulimus; ſiquidem certum compertumque ex probatis authoribus habemus, uno eodemque tempore Agarenæ vaſtationis, & Cyrillum Archiepiſcopum Gortynæ in Creta martyrio affectum fuiſſe, & Baſilium declinandæ perſecutionis cauſſa e Creta Theſſalonicam confugiſſe, ubi Archiepiſcopale munus ſuſcepit. Neque ideo Gortynenſibus Archiepiſcopis adnumerandus eſt, quia *in Creta* Epiſcopus enuntiatur, ſiquidem aliud diverſumque omnino eſt, in Creta Epiſcopum, & Cretæ Archiepiſcopum eſſe: illud enim de quocumque Epiſcopatu in Cre-

Cretæ Inſula poſito congruenter accipitur, hoc de ſola Metropolitana Eccleſia ſtrictius intelligitur.

XVI. Baſilius II. quem hujus nominis Lequienius tertium affirmat, memoratur in actione quinta Pſeudoſynodi Photianæ Conſtantinopoli coactæ anno 879. tamquam Legatus ab ipſa Synodo inſtitutus ad Metrophanem Smyrnenſem Archiepiſcopum, *cujus ſumma cum laude* (notat Severinus Binius) *eſt crebra mentio in legitima octava Synodo*. Hæc ſunt verba electionis notata in Conciliabuli actis : *Igitur vocati, Baſilius Dei amantiſſimus Archiepiſcopus Cretæ, & Nicetas Dei amantiſſimus Metropolita Smyrnæ*, (erat hic in ſedem Sanctiſſimi Metrophanis intruſus) *& Gregorius amantiſſimus Archiepiſcopus Selgæ miſſi ſunt a Sanctis Legatis & præſente Synodo ad reverentiſſimum Metrophanem &c.*

Poſt hæc Creta Inſula, poſtquam annis ferme XL. ſub duro Saracenorum jugo oppreſſa gemuerat, bellica Nicephori Phocæ virtute, dum Romani Imperatoris exercitibus præerat, Orientali Imperio reſtituitur, Barbaris inde expulſis profligatisque. Egregium Phocæ facinus, (fuſiori ſermone nobis inferius recenſendum) ſcriptis commendavit Leo Græcus Diaconus, ex quo, ut opinantur aliqui, acceperunt Curopalates & cæteri Græcarum rerum Hiſtorici; ſed & alius Græcus Diaconus Theodoſius nomine, Nicephori victorias Candiæque expugnationem carmine celebravit, cujus metrici operis mentionem ingeſſit Fabritius in Biblioth. Græc. Tom. V. pag. 228. his verbis : Ab Allatio autem *Theodoſii Diaconi ἀκροάσεις quinque de capta a Romano Auguſto Creta* (ſupple memorantur). Nos eas ex Bibliotheca Vaticana excerptas in lucem proferimus, Latinam addentes verſionem; ne tamen ultra quam par eſt Archiepiſcoporum Gortynenſium ſeries abrumpatur, auſcultationes ipſas (ſic enim Latine ſonant) Græcas, earumque verſionem abſoluto tum Archiepiſcoporum, tum Epiſcoporum Græcorum Ordine afferemus.

Quum autem ex continuato Infidelium conſortio, atque

ex

ex eorum violenta tyrannide omnis Chriſtianæ Religionis cultus in univerſo prope Regno defeciſſet, & antiqua Deo ſacrata Templa partim ad ſolum proſtrata, partim vero ad Mahumeticæ ſuperſtitionis uſum deducta fuiſſent, factum eſt divinæ diſpoſitione clementiæ, ut ad Catholicam veritatem in florentiſſima olim Provincia reſtituendam Nicon Sanctiſſimus Armeniæ Monachus mitteretur, qui obcœcatos incolarum animos corruptosque mores, adeo Evangelicæ veritatis luce illuſtravit, atque ad Chriſtianam ſobrietatem revocavit, ut brevi quidem tempore, ſed gravi tamen labore ad ſacræ regenerationis lavacrum, atque ad Catholici dogmatis diſciplinam reſtituerit, dignus propterea, qui alter a Divo Paulo Cretenſium Apoſtolus nuncupari mereretur. Ejus *res præclare geſtas Græce conſcriptas*, ita Baronius in Annalibus ad annum Chriſti *961*. *ex Sforziana Bibliotheca acceptas Jacobus Sirmundus in Latinum convertit. Hic quippe non a Græcis tantum, ſed a Latinis honore Sanctorum cultus invenitur, diem enim XXVI. Novembris a Græcis in Menologio, & a Latinis in Romano Martyrologio ejus nomen inter Sanctos relatum habetur annis ſingulis publice in Eccleſia recolendum*. Quamvis autem Sancti Niconis cognomento Miroblyti vita a Sirmondo in Latinum verſa nondum prælo vulgata publici juris ſit, attamen non pauca ipſius fragmenta Baronius annalibus ſuis inſeruit præſertim ad annum Chriſti *961*. quæ cum prodigioſam Cretenſium converſionem a Beato Nicone peractam exprimant, haud ab inſtituto operis alienum puto, hoc loco iterum in lucem proferre. En itaque Cretæ converſionem a Baronio ad annum *961*. alligatam.

„ Nicon ortus in Ponto Polemoniaco parentibus honeſtiſ-
„ ſimis, iisdem inſciis, ubi adolevit, fugam arripiens ad
„ Monaſterium Aureæ Petræ dictum, ſitum in finibus Pon-
„ ti, & Paphlagoniæ religione ſanctiſſimum ſe ſe contulit,
„ ..... cum vero divinitus admonitus ejus Abbas ipſum ad
„ plurimarum gentium converſionem vocatum, e Monaſte-

„rio

„ rio abire cogit ad Apoſtolatus ſui munus implendum....
„ Cum igitur regiones non paucas Orientalium partium
„ peragraſſet, & publica pœnitentiæ prædicatione innume-
„ ras gentes ad ſalutis portum per pœnitentiam melioris-
„ que vitæ mutationem perduxiſſet, ad Cretam Inſulam
„ navigandum ſibi eſſe intellexit; illuc enim Divino quo-
„ dam nutu vocabatur. Etenim ſimul atque Inſulam in-
„ greſſus eſt ab Agarenorum jugo nuperrime liberatam, Ro-
„ manoque Imperio reſtitutam per Nicephorum, fœdis au-
„ tem deteſtandæ Agarenorum ſuperſtitionis veſtigiis adhuc
„ plenam & refertam, cujus ſcilicet incolæ diuturna atque
„ aſſidua cum Saracenis conſuetudine ad illorum mores,
„ proh dolor! arrepti, nefanda etiam, & profana eorum
„ orgia fuerant amplexi. Ut igitur eo delatus, ſolenne illud
„ ſuum, Pœnitentiam agite (*ex qua ei aſſueta voce Miroblyti cognomen obtinuit*) inclamare cæpit, attoniti peregrino,
„ & inaudito prædicationis genere Inſulani animisque in-
„ cenſi vehementer in eum commoti ſunt, adeo quidem,
„ ut manus etiam inferre cogitarent; manifeſtum enim ad
„ furorem illos adegerat res nova & inuſitata præoccupa-
„ tos nimirum deditosque, ut diximus, ſuperſtitionis Sara-
„ cenorum cæremoniis.

„ Videns ergo immitis atque intractabilis gentis ingenium
„ ſentiensque tantam duritiem niſi prudenti quadam arte
„ perdomari non poſſe: ſecundam (quod ajunt) naviga-
„ tionem, priore omiſſa, inſtituit, ſapientumque medicorum
„ exemplo, eorum curationem appoſite ſimul ac ſolerter
„ aggreſſus eſt. Habebat enim Paulum in ea re Ducem ac
„ Magiſtrum. Itaque miſſam faciens inſolitam illam præ-
„ candi rationem, quod ex uſu futurum in eo jam elucens
„ perſpicax futurorum gratia præmonebat, ſeorſim aliquos
„ adducens, quos reliquis intelligentiores, & ad bonum ex-
„ cipiendum paratiores norat, blandis primum verbis illo-
„ rum ferocitatem lenire, duritiemque animi emollire cæ-
„ pit, deinde ſenſim cor permovere, occulta cujusque fa-

„ cta

„ ſta (ut meus Jeſus olim Samaritanæ) vitæque flagitia „ redarguens. Quo factum eſt, ut eximiam ejus virtutem „ agnoſcentes, confeſtim iras ponerent, animorumque im„ petus revocarent, & quem malo nunc affecérant, eundem „ magno ſuo bono venerarentur, propoſitamque ab eo re„ ſtam fidem amplectentes, odii modum ad benevolentiæ, „ profectusque ſui cumulum converterent. Conſuetudo enim „ (ut ait ille,) ad majora & perfectiora viam munit. „ Itaque ſapiens, ſi minus verborum copia, ac veritatis „ facultate piſcator erat, hominum animas venari ſciens „ eosque ad immortalitatem Divinis eloquiis, & non hu„ manæ ſapientiæ, ſed Spiritus Sancti doctrina traducere. „ Ex illo igitur tempore Cretenſes Niconem tamquam a „ Deo miſſum Apoſtolum habuerunt, totamque Inſulam ejus „ famæ complerunt. Confluebant ad eum univerſi, & ſi„ cut Deo illi adhærebant, ita ut vim legis, quidquid præ„ ceperat, obtineret.

„ Quare cum ſecuro jam animo ad ſolitam prædicatio„ nem rediiſſet, ad baptismum omnes, veræque Fidei di„ ſciplinam perpulit. Tum errore omni e medio ſublato, „ Eccleſiis per totam Inſulam ædificatis, Sacerdotibus, Dia„ conis ædituisque deſignatis, reliquis etiam ritibus & cære„ moniis apte diſtributis, vivendi legibus deſcriptis, omni„ bus denique, quæ in animo erant, ne quem Cretenſium „ boni expertem relinqueret, ordine conſtitutis, Gortyna „ diſceſſit (*fortaſſe hic Candiam civitatem author intelligit, „ Gortyna enim civitas Agarenorum rabie jam ſolo proſtrata fue„ rat*) triumque dierum iter progreſſus, quodam in loco „ ſub noctem conſtitit, ubi antiquiſſimi Templi, (quan„ tum ex ruderibus conjicere erat) veſtigia cernebantur. „ Hoc in loco cum nocturno hymno rite decantato, & cru„ cigero baculo humi defixo ſomno ſe dediſſet, lucernarium „ quaſi lumen ante baculum in aere libratum videre viſus „ eſt. At ſomno decuſſo cum ſurrexiſſet, non jam ſomnium, „ ſed vera viſio objecta eſt. Divina quædam lampas haud

„ ma-

„ materialis a Cruce irradians ad diluculum usque aſtanti
„ & oranti, Deoque gratias pro tanto munere agenti, lu-
„ men exhibuit.

„ Cum iterum, Deo (ut patuit) ſic volente, ſomno in-
„ dulſiſſet, ornatæ mulieris ſpecies apparuit, quæ dirutum
„ templum inſtaurare jubebat, omnino Domino ſic placere
„ confirmans. Illo autem interrogante, quænam eſſet, quæ
„ talia pro imperio juberet, Photina ſum, inquit, martyr
„ & famula Chriſti. (*De Sancta Photina aguntur tam Marty-*
„ *rologi Græci & Latini, quam Biographi Antuerpienſes ad*
„ *diem* XX. *Martii*). Quod niſi reipſa, quod volo, exple-
„ veris, pedem ex Inſula non efferes. Experrectus ad hæc
„ Sanctus, propter viſionis varietatem ambiguus animo erat,
„ ut inane potius inſomnium fuiſſe crederet, quam Divi-
„ næ gratiæ illuſtrationem. Quare quæ audierat contem-
„ nens, cæptum iter tenebat. Cum repente adeptam ſibi
„ oculorum aciem ſenſit: eoque tandem indicio Divini nu-
„ minis imperium id fuiſſe cognovit: quod ubi juſſa exe-
„ qui conſtituit, viſum mox recepit. Sed quoniam nec li-
„ go in promptu erat, nec pala, nec adjutor ullus, oh
„ mira Domine & arcana opera tua, nocte inſecuta fini-
„ timis loci accolis ignea ibi columna per tenebras lucens
„ apparuit, prodigioque exciti ſubito accurrerunt, & cum
„ ex Nicone, quæ viderat, didiciſſent, ſuam quisque ope-
„ ram conferre juſſi, communi omnes conſenſu imperio pa-
„ ruerunt. Itaque ſedula ejus ſolicitudine, vigilantia, ala-
„ critate opus exactum, templumque Martyris biennii ſpa-
„ cio perfectum eſt. In qua poſtea aram erigendam, ac
„ rite conſecrandam curavit, ſacerdotesque in ea inſtitui,
„ ſimulque omnia juxta Eccleſiaſticos ritus peragi præſcri-
„ pſit; omnibusque poſt hæc valere juſſis navigium con-
„ ſcendit, ac ſecundo curſu provectus Epidaurum, quod
„ Damalam incolæ cognominant, die quinto pervenit &c. "
Alia vitæ Sancti Niconis fragmenta affert deinde Baronius ad annos Chriſti 981. & 982. atque 998. ubi pretioſam

ejus mortem, & mirabile inde ſubſequutum prodigium enarrat.

Purgata itaque a nefariæ ſectæ ſordibus Inſula, Eccleſias quoque Sanctorum Beatiſſimus Nicon reparavit, & ſacerdotes aliosque Sacrorum miniſtros per Regni civitates inſtitui, & deſtinari curavit, ut ipſorum laboribus & exemplis reſtitutus veræ religionis fervor in nutantibus adhuc animis ſolidaretur.

XVII. Stephanus Metropolita Cretenſis interfuit annis Chriſti 1028. & 1029. duabus Synodis ab Alexio Patriarcha coactis, ut refert Lequienius ex lib. IV. Jur. Græco-Rom. pag. 250.

XVIII. N. Anno 1158. ſedit in Synodo a Luca Chryſoberge Patriarcha convocata. Ita Lequienius ex lib. IV. Jur. Græco-Rom. pag. 282.

XIX. Joannes hujus nominis II. Cretæ Metropolita recenſetur inter eos Præſules, qui ſederunt anno Chriſti 1166. in Concilio Conſtantinopolitano, cujus authoritate & ſententia ii damnati ſunt, qui falſo Alemannos, tamquam de natura Divina male ſentientes incuſaverant. Ita Allatius lib. 2. *de conſenſu* cap. 12. num. 4. Alteri quoque Synodo interfuit a Michaele Anchiali Patriarcha anno 1171. convocatæ, ex qua Synodi Chronica nota facile adducimur, ut credamus Joannem hunc probabiliter eundem eſſe cum anonymo Archiepiſcopo, qui, ut ſuperius num. XVIII. diximus, ſedit in Synodo Lucæ Patriarchæ.

Nicolaus Cretenſis Inſulæ Archiepiſcopus memoratur in quadam apocripha epiſtola, quæ *Cyrilli Hieroſolymitani Epiſcopi ad Auguſtinum Hypponenſis Eccleſiæ Præſulem nomine inſcribitur*. In ea epiſtola laudatur Silvanus Sanctæ Nazareth Eccleſiæ Archiepiſcopus, ex quo optime arguit Lequienius confictam fuiſſe ſæculo ſaltem duodecimo, quia nonniſi ſæculo XII. ſubacta a Francis Palæſtina Nazareth civitas Archiepiſcopali titulo inſignita fuit, translatis in eam ob Dominici incolatus reverentiam Metropoliticis Urbis Scythopolis hono-

honoribus. *Ut vero neminem Silvanum nomine Archiepiſcopum* reperit Lequienius, *ita perinde confictum* cenſet *Nicolai Archiepiſcopi Cretenſis nomen.*

Interea ſubacto a Principibus fœderatis Imperio Conſtantinopolitano, partitisque juxta initum fœdus ampli Dominii regionibus, Creta Inſula, quæ ab Alexio juniore in ſubſidii mercedem Bonifacio Montisferrati Marchioni pacta fuerat, in Venetorum poſſeſſionem devenit cedente ipſo Bonifacio, cui ingens pecuniæ vis ex Reipublicæ Venetæ ærario ſoluta fuit. Miſſa itaque fuit ad accepti Regni incolatum ex urbe Veneta Nobilium virorum colonia, novi Magiſtratus erecti, & Latini ritus Præſules per ſingulas Inſulæ civitates inſtituti, ne quid ad optimum perfectumque ſeu ſæculare, ſeu ſpirituale regimen unquam deeſſet. Nec tamen Græci ritus fideles proprio Paſtore caruiſſent, niſi Romanæ Eccleſiæ Dogmati, & Apoſtolicæ Sedis obſequio adhærere detrectaſſent; verum cum pravus Græcorum Præſulum animus, & pertinacius in ſchismatis ampliatione ſtudium majora in dies animarum & publicæ quietis damna efferret, Senatus Veneti religio *tam provide, quam catholice* ordinavit, *ac ſub gravi pœna* ſtatuit, *quod nullus talis Schiſmaticus Epiſcopus reciperetur in Cretæ* Inſula; quod quidem (ut teſtatur Gregorius Papa XI. in ſua epiſtola Andreæ Contareno Duci Venetiarum data anno III. & a Raynaldo lata ad annum 1373. num. 18.) *poſt obitum cujusdam Macarii ſchismatici Epiſcopi obſervatum fuit*, & usque ad ipſius Urbani tempora laudabiliter obſervabatur. Num autem Macarius iſte *ab antipatriarcha Conſtantinopolitano hæretico & ſchismatico* miſſus Archiepiſcopi Cretenſis titulum ſibi aſſumeret, prorſus ignoro. Eos hic adjicio quos Archiepiſcopali Cretenſis Eccleſiæ Græcæ dignitate inſignitos affert Lequienius.

XX. Nicephorus Cretenſium Antiſtes, de quo ſcribit Georgius Pachymeres l. III. c. 29. miſſum fuiſſe ab Andronico Seniore Imperatore C. P. Legatum ad Senatum Venetum, *quia* ipſum *fore Venetis gratum eo nomine putavit Imperator*,

quod cum jam ipſis ſubeſſet Inſula Creta, Epiſcopum loci ſuæ ditioni ſubditi, libenter illi apud ſe viſuri merito ſperarent. Hic porro (ſequitur Pachymeres) *Nicephorus electus quidem, & rite ordinatus Epiſcopus Cretæ fuerat, ſed a ſua Eccleſia procul degebat propter dominantes in ea Italos.* Eam tamen legationem novis obortis difficultatibus non obivit. Quum autem Joannes Glycys Patriarcha e ſede expulſus fuiſſet, Epiſcopi in Synodo congregati Patriarcham Alexandrinum cum Nicephoro Cretenſi, & Arſenio Pergameno Epiſcopis miſerunt ad Joannem, ut ab eo quærerent quid de abdicatione ſua ipſe ſentiret. Rem fuſe tradit Pachymeres lib. IV. c. XXXI. qui deinde lib. V. cap. III. refert Nicephorum Cretenſem interfuiſſe, cum Joannes Patriarcha Andronicum Imperatorem anathemate perculit.

XXI. Paiſius notatur in Epiſtola XV. Georgii Scholarii ad Marcum Epheſium inſcripta. Huic Paiſio datam fuiſſe Eugenii Papæ IV. epiſtolam a Raynaldo ad annum 1439. allatam putat Lequienius, quæ tamen (ut mox videbimus in Cretenſibus Latinis Archiepiſcopis) ad Fantinum Vallareſſium inſignem latini ritus Præſulem inſcripta fuit; neque enim tantum, ac tam prudentem Pontificem decuiſſet, ut neglecto ampliſſimo viro in Cretenſi Eccleſia ſedente, litteras ſuas daret Græco Præſuli extra Regnum commoranti. Quod autem poſt inſtitutam in Candace urbe Latini ritus Cathedram Græci Archiepiſcopi extra Regnum commorati fuerint, præter ſuperius allata, non unum habemus in publicis regeſtis teſtimonium. Anno 1371. quidam Græcus Presbyter Dionyſius nomine ſe Archiepiſcopum Græcum eſſe jactans ad Inſulam acceſſit, in qua cum minus caute ſe gereret, detecta ejus aſſertæ dignitatis falſitate, Rectorum Inſulæ decreto in exilium pulſus eſt, ut patet ex ea, quam aſſerimus, ſententia.

MCCC-

MCCCLXXI. Menſe Septembris, Die XXIII. Indict. X.

„ Cum Dioniſius Calogerius, qui fuit ordinatus Papas „ Græcus extra Inſulam Crete venerit ad hanc Inſulam, „ & ſteterit ultra tempus ſtabilitum fingens ſe fore Archi- „ epiſcopum Grecum cum non eſſet, & dixerit aliqua ver- „ ba contra honorem Dominii, & contra ſtatum pacificum „ dicte Inſule per magnificum Dom. Petrum Cornario ho- „ nor. Ducam Crete, & ejus conſilium concorditer con- „ dempnatus eſt dictus Papas Dioniſius Calogerius, quod „ ſolvere debeat ipperpera quinquaginta, & ſtet in carce- „ re per menſes ſex & in complemento dictorum menſium „ mittatur extra Inſulam, & ſit perpetuo foris bannitus de „ tota Inſula Crete, cum hac additione, quod ſi aliquo „ tempore redierit ad dictam Inſulam tunc exoculetur, ſeu „ privetur ambobus oculis, & iterum mittatur extra In- „ ſulam, & ſit perpetuo foris bannitus.

Quod autem iis temporibus nullus in Cretæ Inſula degeret Græci ritus Archiepiſcopus, etiam ex eo arguitur, quod Presbyteri, ſeu, ut vocant, Papates Græci ad Archiepiſcopos *in partibus Turchiæ* commorantes accedebant, ut ab eis ſacris ordinibus initiarentur, aliaque Epiſcopalis authoritatis decreta impetrare conarentur. Exemplum damus ex Rectorum Inſulæ ſententia adverſum quemdam Græcum Papatem lata anno 1378.

MCCCLXXVIII. Menſe Aug. die XXVIII. Indictione Prima.

„ Cum Papa Coſta Phylippo habitator Caſali nomine „ Staurachi de cha Pantali auſu temerario impetraverit ab „ Archiepiſcopo Greco morante in partibus Turchiæ, qui „ eum ibi ordinavit Papatem, quamdam literam excom- „ municationis contra Clericos & alios Chriſtianos Cretæ, „ qui vellent eum moleſtare vel facere ſibi novitatem in

Eccle-

„ Eccleſiis quas ipſe tenebat in prædicto caſali, quod erat „ contra intentionem Dominationis, & contra voluntatem „ ejus per magnificum Dominum Andream Geno honora„ bilem Ducham Cretæ & Dominum Bernardum Vituri Con„ ſiliarium non exiſtente cum eis in conſcientia Dom. Vi„ ctore Mauroceno altero Conſiliario condempnatus fuit di„ ctus Papa Coſta, quod amodo usque ad dies quindecim „ recedere & exire debeat cum familia, & maſſariciis ſuis „ de dicto caſali Staurachi de cha Pantali, & non audeat „ amodo in antea habitare vel morari in aliquo, vel in „ aliquibus caſalibus nominatis Staurachia, nec audeat offi„ ciare vel celebrare divina officia in aliqua Eccleſia poſi„ ta in dictis caſalibus ſeu in aliquo eorum ſub pena yper„ peror. viginti quinque pro qualibet vice, qua contrafece„ rit, quam quidem penam incurrat in ſuis bonis propriis, „ & accuſator habeat medietatem dicte pene ſi per ejus accu„ ſationem veritas habebitur, & teneatur de credentia & re„ ſiduum veniat in Commune.

Poſt Paiſium tres Urbis Candiæ Græcos Archiepiſcopos recenſet Lequienius, Georgium nempe Alexandrum ex Raphaelis Volaterrani Geographia, Cyrillum Lucari ex Nicolai Spadarii Moldavo-Laconis Enchiridio, & Conſtantium, de cujus dignitate nullum affert teſtimonium. Quod ad primum ſcilicet ad Georgium Alexandrum attinet, ipſum ex Raphaelis Volaterrani authoritate Epiſcopum potius Arcadiæ in Creta dixerim, & quidem Latini ritus, quam Cretenſis Metropolis Græcum Archiepiſcopum. Volaterrani ipſiſſima verba ex lib. IX. Commentarior. afferre operæ pretium puto, ut ex eis eruditus Lector judicium ferat Candienſisne, an potius Arcadienſis Eccleſiæ dicendus ſit Antiſtes.

Hic prope Labyrintus, cujus dicunt adhuc extare veſtigia, ut retulit mihi noſter Georgius Alexander ejus Inſulæ Præſul (ex quibus verbis Lequienius eum inter Candienſes Archiepiſcopos recenſuit), *qui locum adivit. Mons eſt effoſſus & undi-*

undique concavus una tantum, & angusta via aditur. Dux loci peritus præcedit cum ardenti funali inextricabilem errorem per tenebras monstrando. Non longe distat mons alter accessu difficilis, situ inexpugnabilis, qui lucus Jovi antiqua superstitione sacer fuerat, hodie Themenos ab incolis appellatus, ut idem Georgius dicebat. & paulo post subdit: *Arcadia Stephano ex authoritate Demetrii nunc semidiruta, cui præerat Georgius Alexander super memoratus, qui paucis ante annis Romam profitebatur.* Quum igitur Ecclesiæ Arcadiensi præfuerit Georgius Alexander iis temporibus, quibus unico Latino Antistite regebatur, sæculo nempe XVI. quo floruit Volaterranus, haud ægre ex Volaterrani verbis compertum habemus, ruralem hunc Episcopatum Latinum, non vero Græcum Metropolis titulum obtinuisse.

Cyrillum quoque Lucarim virum impietate & audacia non minus, quam doctrina & ingenio spectatum, ex Cretensium Græcorum Præsulum albo expungendum esse censeo. Ipsum Lequienius ex Nicolai Spadarii Moldavo-Laconis Baronis ac olim Generalis Valachiæ Enchiridio inter Candienses Archiepiscopos enumerat, cujus quidem Enchiridii verba (aliquantulum, ut videntur æquivoca) afferimus ex libro cui titulus *la Perpetuité de la Foy de l'Eglise catholique*, in qua ad Tomi primi calcem in appendice pag. 50. enchiridion Spadarii affertur, & in eo pag. 51. sic legitur: *Paucis quidem abhinc annis Cyrillus natione Cretensis dum in Britannia literis suam navat operam, non extremis labris virus illius loci delibavit, reversusque ad suos, ob communem sapientiæ famam in Clerum adoptatur, non diu post & Metropolita salutatur, &, ut verbo dicam, ad ipsum inclytæ Constantinopoleos thronum Patriarchicum effertur, & ad gubernacula totius Ecclesiæ Orientalis admovetur, quibus non diu præfuit. Mox teneris discipulorum auribus virus instillare Britannicum, fama urbem complere, nec parvos metus in Ecclesia ciere. Sed non multo post sapiens vir juxta ac pius Gabriel Blasius meus olim Professor in urbe Imperatoria ex cathedra illum de opinionibus ab Ecclesia Christi alienis*

nis redarguit, quod nova dogmata de tranſubſtantiatione Corporis Domini, aliaque quamplurima virulenta extraneorum hæreſi plena moliretur. Quid multa? Cyrillus non a throno ſolum, in quem conſcenderat remotus, ſed & privatus vita ac veluti hæreticus ab Eccleſia eſt proſcriptus. Dum igitur Cyrillum Cretenſem ad ſuos reverſum, in clerum adoptatum, nec multo poſt Metropolitam ſalutatum legiſſet Lequienius, probeque noſſet Metropolitas in Eccleſia Græca a Patriarchis diverſos omnino cenſeri, ipſisque utpote dignitate & jurisdictione minores ſubeſſe, ſynchroni ſcriptoris authoritati fidens non dubitavit Cyrillum inter Cretenſes Archiepiſcopos enumerare, a qua deinde Eccleſia ad alias Alexandriæ & Conſtantinopoleos Patriarchales gradum habuerit. Quocumque autem in ſenſu accipienda ſint verba in Spadarii Enchiridio expreſſa, hoc certum compertumque habemus, Cyrillum hauſto prius Calviniani erroris veneno, Alexandriam, ubi Sacerdos initiatus fuerat, rediiſſe, cujus mox Patriarchalem Sedem per obitum Meletii Pegæ præceptoris olim ſui & benefici Patroni vacantem conciliatis ſibi auro electorum ſuffragiis obtinuit. Quamvis autem de peſſimo hoc, licet doctiſſimo viro nihil intuitu dignitatis, (quam numquam poſſedit,) dicendum eſſet, attamen aliquid vel ſummo calamo attingere hoc loco non abs re erit, tum quia Cretenſis eſt, & Candace Metropoli ortum habuit, tum quia ex rerum ſerie clarius innoteſcit, ipſum numquam Cretenſibus datum fuiſſe Antiſtitem. In Cyrilli autem actis exponendis Leonem Allatium virum Græcum Orthodoxum ſequemur Ducem, cujus quoque authoritati innixi multa de Cyrillo vulgarunt Antonius Arnaldus Doctor Sorbonicus in ſuperius citato libro de Fidei perpetuitate lib. IV. cap. VI. & Nicolaus Comn. Papad. in Hiſt. Gymn. Patav. Tom. II. pag. 239.

Cyrillus igitur ortum duxit ex Familia Lucari in Epidauro Illirico olim prænobili, quæ deinde in urbem Candacem translata cum diu multumque opibus & honoribus floruiſſet, tandem ex rerum humanarum conditione ad eam egeſtatem

ſtatem redacta eſt, ut Cyrilli patruus Lanionis artem, genitor Cerdoniam, mater Fulloniam exercere coacti fuerint; Cyrillus ipſe adoleſcens, inter piſcatores primum, mox inter nautas vitam toleraverit. Quum autem aliquando Alexandriam Ægypti navi, cui inter minores lixas nauticos deſerviebat, advectus eſſet, ibi Meletio Pegæ Cretenſi peſſimo ejusdem urbis Patriarchæ innotuit, cujus deinde amorem ex ingenii alacritate & formæ elegantia promeruit, a quo etiam ſacris initiatus in Italiam miſſus eſt, ut gravioribus expoliretur diſciplinis. Philoſophiæ Venetiis, Theologiæ Patavii operam dedit, quarum emenſo curriculo Alexandriam reverſus eſt ad Meletium, a quo Archimandrites, & Abbas Angarathi præcipui in Creta Inſula Monaſterii conſtituitur. Quum autem mira peregrinandi cupiditate torqueretur, Monaſterio, cujus poſſeſſionem inierat, Vicarium deſtinavit fratrem ſuum pridem inter Monachos cooptatum, qui literarum licet expers Abbas deinde Angarathenſis evaſit. Wittembergæ primum, mox Genevæ conſtitit, hauſtoque hæreſum ibidem vigentium veneno, Catholicæ fidei auro hæreticorum corruptus turpiſſime renuntiavit. Divitiis auctus quas ex Germania, & Creta corrogaverat, Alexandriam iterum petiit, cujus Patriarchalem Sedem per obitum Meletii vacantem corruptis auro electorum animis occupavit. Majora exinde elato animo volvens, Conſtantinopolim ſe contulit, ut Neophyto Patriarchæ circa ea tempora defuncto ſufficeretur, irrito tamen conatu: nam vulgato ejuratæ fidei rumore, unanimi voto repulſus Timotheum a Præconeſo ſibi præponi doluit. Sua igitur ſpe fruſtratus Cyrillus occultas Timotheo inſidias ſtruere non deſtitit, donec iis pateſactis, convocata propterea Synodus ipſum Alexandrino Patriarchatu ſpoliat, & in Monaſterio Anthos deportari jubet, ubi laqueo, ex Turcarum decreto, dies ſuos expleſſet, niſi Athonitis Monachis periculum oſtendentibus ſibi fuga conſuluiſſet. Obiit non multo poſt Timotheus mortiferi poculi hauſtu per Apollonii Chii Medici fraudem, qui Joſa-

phati Andrii Archimandrites ſuaſu in poculo primum, mox in elysmo venenum infuderat. Quare eam nacti occaſionem Cyrilli fautores, ipſum defuncto ſurrogari obtinuerunt. Perfidiam doctrinæ ſuæ aliquandiu in ea dignitate poſitus ſimulavit Cyrillus, cum vero poſt quatuor fere menſes ſe Calviniana hæreſi, ad quam alios trahere ſatagebat, infectum oſtendiſſet, id indignati Græci Cyrillum e Patriarchali throno avulſum in Rhodon Inſulam ejici impetrarunt, a quo tamen exilio Calvinianorum ope evocatur. Ipſorum etiam hæreticorum pecunia fretus Anthimum ſibi in ſucceſſorem delectum e dignitate deturbari obtinuit, iterumque Patriarchalem Sedem, Græcis fruſtra obnitentibus, poſſedit. Ut vero promiſſam Turcis pecuniam coadunaret, Hollandis mercatoribus ſacram Templorum ſuppellectilem, & Eccleſiaſticas dignitates pretio vendendas permiſit, horrente univerſa Græcia, quæ Tyrannum in Calvinianæ perfidiæ ſcola edoctum ſibi Paſtorem præfici gemebat. Græcorum itaque conatu tertio dejicitur, ſuffecto, ei in Patriarchatu Gregorio Epiſcopo Amaſienſe; ſed Cyrilli artes & potentia adeo valuerunt, ut expulſo ac deinde ſuffocato per intortum funem Gregorio, Turcæ illum Patriarchali Byzantii Sedi reſtitui mandaverint. Ex hac itaque ſuperata procella cæpit audacior Cyrillus in opes fidemque Græcorum ſævire, & hæreticorum promiſſis ſubſidiisque fretus nefanda Calvini dogmata in vulgus circumferre. Flagitioſi hominis nequitiam non amplius ſuſtinere valentes Græci, ipſum ab uſurpata cathedra tertio ejectum depulſumque, in carcerem ad mare Euxinum detrudi impetrarunt, ubi Turcici Imperatoris juſſu laqueo ſuffocatus dies, & tyrannidem explevit. Execrabile viri cadaver mare, in quo jactum fuerat, ad litus evomuit, ibidemque absque ulla eccleſiaſtica pompa ſepultum fuit: cum vero veſtis, qua tegebatur, pars extra terram appareret, ejus indicio viatores theſaurum ibi latere ſuſpicantes, luridum ac fœde olens corpus e pulvere, qua obrutum fuerat, extraxerunt, illudque in loco avibus ferisque

que diſcerpendum vorandumque reliquerunt; Divina ſic ordinante juſtitia, ut qui Eccleſiam Catholicam perdere tandiu cogitaverat, ipſe horribili fato punitus eccleſiaſtica etiam ſepultura careret. Diverſimode de Cyrillo ejusque geſtis ſcribunt hæretici Luthero-Calviniani, & inter eos præcipue Henricus Hilarius Diaconus Lutheranus, qui in notis & additionibus ad Chronicon Eccleſiæ Græcæ a Philippo Cyprio Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Protonotario concinnatum, fuſiſſimo ſermone Cyrilli Lucaris artificioſam Panegyrim texit, ipſumque veluti Martyrem pro Calviniani dogmatis prædicatione paſſum affirmat. Hæc cum in Cyrillum vivum, ejusque exanime cadaver acta fuiſſent, etiam ejus memoria pari ſupplicio affecta fuit: ingemiſcens enim Græcia ſe impii viri nomine & ſcriptis infamem factam, coacta anno 1621. Hieroſolymis Synodo, cui Doſitheus Patriarcha ipſius civitatis præfuit, nefandam hominis fidem perverſaque dogmata unanimi conclamatione Epiſcopi & viri in ea Synodo congregati damnaverunt, ipſiusque hæretici renuntiati nomen & memoriam anathemate perculerunt, ut videre eſt in Prolegomeno & actis ipſius Synodi in Collectione Harduini vulgatis Tom. XI. Edit. Pariſienſ. pag. 179. Ex ejusdem Hieroſolymitani Concilii actis Tom. citati pag. 186. enuntiatus legitur *Gabriel Severus Moreanus Fratrum noſtrorum Cretenſium Archiepiſcopus, qui librum de ſeptem Eccleſiæ Catholicæ ſacramentis compoſuit;* ne autem quis putaret, in Inſula Cretæ ipſum fuiſſe Archiepiſcopum, adjecta ibidem legitur hæc nota marginalis *Pro qui Venetiis degebant*, ideſt Fratrum noſtrorum, qui ex Creta Inſula ſe Venetias reduxerant. Porro Gabrielem hunc Severum Philadelphiæ Archiepiſcopum Venetam Sancti Georgii Græcorum Eccleſiam adminiſtraſſe, ſcriptum legitur in Eccl. Venetis Illuſtratis Tom. XII. pag. 365.

Hæc de Georgio Alexandro, & de Cyrillo Lucari inter Archiepiſcopos Cretenſes perperam enuntiatis afferenda cen-

ſuimus, nihil de Conſtantio addentes, cujus nominis & dignitatis fides eſt apud Lequienium.

XII. Conſtantius hujus Eccleſiæ, ut refert Lequienius, titulum obtinebat anno 1721.

Non erit ab inſtituto alienum, nec accidet, ut ſpero, Lectoribus injucundum, ſi pauca quædam hoc loco proferam de Clero & Eccleſiis Græcorum; etſi enim ea non magni eſſe ponderis videantur, eſt tamen cur ad Poſteros traduci promereantur. Qualiacumque ſint, ea fide ſumma profero ex antiquis ms. & potiſſimum ex parvo codice recentioris ævi pariter ms., qui adhuc extat in Veneta Bibliotheca Cœnobii Sanctæ Mariæ Servorum. Ad uſus privatos viri, ut autumo, Regularis Cretenſis ſcriptus videtur, quo tempore Creta durum Turcarum jugum ſubiit, & hoc etiam titulo peculiarem ſibi fidem vindicat, quam eidem mirum in modum conciliat conjuncta cum ſtylo ſimplici accurata rerum tractatio. Author lingua Italica uſus eſt, paucisque admodum paginis res Cretæ Eccleſiaſticas complectitur. Scilicet de Clero agit tum Regulari, tum Sæculari, atque in primis quidem de Græco, tum de Latino. Verba ejus, quantum in me erit fideliter, atque ut ita dicam, religioſe vertam. Quæ autem ad Clerum Græcum attinent hic exhibeo, alibi quæ ad Latinum ſpectant, exhibiturus.

Non alii erant in Inſula Cretæ Monachi Græci ritus quam Baſiliani, ſed multiplicis inſtituti defectum penſabat immanis numerus, qui ad decem mille & amplius pertingebat, maxima tamen ex parte rudes Agricolæ cum Monachali tunicula, qui Abbatum & Cœnobiorum prædia colebant. Hinc facile intelligitur, Abbates bene plures fuiſſe, quorum alii majoribus, alii minoribus redditibus fruebantur. En Abbatiarum, quæ præcipuæ habebantur, Elenchum; in quarum unaquaque centum & quinquaginta circiter Monachos degiſſe, ſcriptum legimus.

In

In territorio Candiæ.

Monaſterium Beatæ Mariæ Virginis de Angaratho omnium in Creta Inſula celeberrimum, ex quo prodierunt multi doctrina illuſtres viri. De antiquitate Cœnobii Angarathenſis, & de ejusdem Menologio ſcripſit Meletius Pegas Cretenſis ex Metropoli Candia, qui cum Patavii Philoſophiæ ac Medicinæ operam dediſſet ſub Jacobo Zabarella, promeritam ſtudio lauream ſuſcipere renuit, ne cogeretur (quod publicæ leges ſanxerant) Latinæ fidei confeſſionem emittere. Eapropter in patriam redux monaſticum S. Baſilii inſtitutum in Angarathenſi Monaſterio, *quod maximum in Inſula, & cæterorum caput erat*, profeſſus eſt ſub Silveſtro Abbate, cui ad Patriarchales Alexandriæ inſulas evocato ſucceſſit Monachorum ſuffragio in Abbatia. Quum autem & voce & ſcriptis hoſtis Latinorum acerrimus non ſolum Latinum Archiepiſcopum, ſed etiam Rectores laicos & ſæcularem authoritatem offendiſſet, carcere retinendus, fuga ſibi conſuluit & ad Silveſtrum Alexandrinum ſe contulit, a quo Cyrenenſis Archiepiſcopus inſtituitur; moxque cum ſe dignitate abdicaſſet Silveſter & in Montem Sinai ſeceſſiſſet, Meletius ei in Patriarchatu ſuffectus fuit circa annum MDXC. Rebus cum Veneto Legato Conſtantinopoli compoſitis in Cretam rediit, ubi Monaſterium S. Catherinæ pretioſis veſtibus, atque aureis vaſis ditavit. Alexandriæ demum ad ſuam ſedem reverſus, ibidem in errorum ſuorum pertinacia obiit circa annum MDCXX. Agunt de Meletio & ejus ſcriptis Leo Allatius de conſenſu l. 4. p. 996. Fabritius in Bibliot. & Papadop. in Hiſt. Gymn. Patav. Tom. II. pag. 279. Alium ejusdem Angarathenſis Monaſterii doctiſſimum quidem, ſed Græcis erroribus addictiſſimum alumnum Meletium Syrigum memorant Fabritius in Bibliot. & Papad. citati lib. p. 309. cujux mox ad Monaſterium Boniportus mentio erit. Ad illuſtrius hujus Monaſterii decus liceat Acatholicis viris alium addere pietate, & Orthodoxæ Religionis profeſſione laudatiſſimum hominem Georgium, poſtea in Monaſtica profeſſione Gera-

ſimum

ſimum Palæocappam Cydonienſem, qui Monachus primum & Abbas Cœnobii Angarathenſis, ad Ciſamenſis Eccleſiæ, quam ſuo patrimonio erexerat & dotaverat, Epiſcopales Græci ritus inſulas adlectus fuit, ut fuſius dicemus, ubi Græcos Ciſami Antiſtites afferemus.

Monaſterium Sanctæ Mariæ de Apeſones.

Monaſterium Sancti Antonii Abbatis de Urondiſti.

Monaſterio Beatæ Mariæ Virginis de Aratti.

Monaſterium Sancti Georgii Martyris de Uraghaſti.

Monaſterium Beatæ Mariæ Virginis Odhigitriæ.

Monaſterium Sancti Georgii Martyris de Apoſſelemi.

Monaſterium Beatæ Mariæ Virginis de Cardhiotiſſa, cujus mentionem ſuperius egimus.

Monaſterium Beatæ Mariæ Virginis de Eleuſſa.

Monaſterium S. Georgii Mart. de Scalotto.

Monaſterium Sancti Georgii Mart. Apamoſiffi.

Monaſterium Beatæ Mariæ Virginis de Falandra.

Monaſterium SS. Apoſtolorum de Allagni.

Monaſterium S. Sabbæ Abbatis de Savatiani.

In civitate autem Candiæ aliud erat ejusdem Baſiliani inſtituti Monaſterium quinquaginta circiter Monachos habens, quod peculiari regiminis forma regebatur. Abbas ejus Monaſterii ſingulis bienniis a celeberrimo S. Catherinæ Monaſterio in monte Sinai poſito mittebatur, ut Monachi ſub ejus diſciplina in ſuſceptæ auſteritatis rigore perſeverarent. Ampliſſimi redditus huic Monaſterio ex publicæ liberalitatis conceſſione a tempore adepti Regni provenerant, ex quibus & Cretenſes Monachi alebantur, & plurima ad Monaſterii Synaitæ inopiam ſublevandam ſubſidia proveniebant. Sed & Archiepiſcopo montis Sinai redditus erant in Cretenſi Inſula conſtituti, ut patet ex diplomate Petri Ziani Ducis Venetiarum dato die 12. Septembris anno 1212. quo Simeoni Archiepiſcopo montis Sinai publico decreto confirmantur ea prædia, quæ in Inſula Cretæ pridem poſſidebat. Non ſemel in regeſtis Ducalis Cancellariæ Cretenſis occurrit

rit mentio Synaitarum Candidæ, qui ad tuenda ſui Monaſterii jura controverſias adverſus ruſticos ſibi ſubditos interdum habuerunt. Sententiæ documentum proferimus, quo quemdam Græcum ad ſervitutem ejusdem Monaſterii ex originis ſuæ conditione teneri judicatum fuit. In hoc Sanctæ Catherinæ Cœnobio, quod *Montis Sinai Methochium* recentiori ævo a Cretenſibus appellabatur, vitam monaſticam aliquando egit Maximus (ante regularem profeſſionem Michael) Margunius, qui poſt varios vitæ eventus, a Hieremia II. Patriarcha Conſtantinopolitano Citheræ Epiſcopus creatus, Cretæ obiit anno MDCII. prope octogenarius, & in Eccleſia Deiparæ Trimartyros ſepultus fuit. Viri Latino nomini infenſiſſimi vaferrimum ingenium, & male adhibitam doctrinam eleganter exhibet in ſua Gymnaſii Patavini Hiſtoria Nicolaus Comnenus Papadopulus Tom. II. p. 264. in diuturnitate tamen ejus vitæ ſtatuenda erraſſe cognoſcimus ex natalitii & emortualis anni chronicis notis, quæ ſi attendantur, & ad calculum redigantur, dum ortus dicitur circa annum MDXLVII. defunctus vero anno MDCII. profecto liquet ad LV. annos tantum vitam produxiſſe. Datum fuiſſe hoc Cœnobium pretioſis veſtibus, ac vaſis aureis a Meletio Pega Patriarcha Alexandrino Schismatico ſcribit Papadop. Tom. citati pag. 280.

MCCCLXXI. Menſe Decembris. Die XVI. Indict. X.

„ Per Magnificum Dom. Petrum Cornario honor. Ducham
„ Crete, & Dom. Nicolaum Delphinum Conſiliarium abſen-
„ te Dom. Baldo Quirino altero Conſiliario dictum eſt con-
„ corditer & ſententialiter, quod Georgius Petropulo filius
„ ſ. Joannis Petropulo habitator burgi Candide ſit & eſſe de-
„ beat Villanus Monaſterii Sinaitarum Candide, & debeat
„ reſpondere & obedire, ac etiam reddere jura ſua Fratri

„ Za-

„ Zacharie yconomo (1) dicti Monaſterii & ſucceſſoribus „ ſuis tamquam villanus non obſtante contradictione, quam „ ipſe faciebat dicens ſe fuiſſe francum & liberum cum per „ publicum inſtrumentum productum & lectum in curia ro- „ gatum per Johannem Petropulo & patrem ejus plene con- „ ſtiterit Johannem ipſum fuiſſe villanum dicti Monaſterii ex „ ſua propria confeſſione nominando ſe in ipſo inſtrumento „ tamquam villanum dicti Monaſterii, & ſimili modo ſe „ nominabat villanum dicti Monaſterii Hemanuel Petropu- „ lo Frater ſupradicti Georgii in quodam alio inſtrumento „ rogato per eum producto, & lecto coram Dominio; & „ etiam dictus Georgius coram Dominio conſtitutus ſe fuiſſe „ filium ſupraſcripti Joannis, & fratrem ſupraſcripti Hema- „ nuelis Petropulo qui ſe nominabant villanos in inſtrumen- „ tis predictis, & ipſos Joannem, & Georgium fuiſſe poſſeſ- „ ſos a dicto Monaſterio tamquam villanos.

In Territorio Sithiæ.

Monaſterium Beatæ Mariæ Virginis de Acrotiogiani.

In Territorio Rethimi.

Monaſterium SS. Salvatoris de Arcadi, de quo inferius aliqua ex Itinerario Tourneforrii.

Monaſterium S. Georgii de Arſani.

Monaſterium Sancti Michaelis de Aſtratigo.

In Territorio Cydoniæ ſeu Canææ.

Monaſterium in loco Boni portus ſeu ad Bonos portus, qui vicus eſt Inſulæ, notus ex Actibus Apoſtolorum c. XXVII. quo appulit Sanctus Paulus Apoſtolus, dum Romam vinctus duceretur. Hujus Monaſterii renuntiatum fuiſſe Abbatem Meletium Syrigum, qui in Cœnobio Angarathenſi Monaſti- cam vitam profeſſus fuerat, ſcribit Papadop. in Hiſt. Gym. Patav. Tom. II. pag. 309. Non diu tamen in ejus admini- ſtra-

(1) Frater Zacharias yconomus ſucceſſerat eodem anno 1371. Fratri Ar- ſenio yconomo Sinaitarum, de quo mentio eſt in Archivis Can- cellariæ Cretenſis ad diem II. Septembris ejusdem anni 1372.

ſtratione permanſit, nam cum aram Græci ritus, in qua Sacerdos Latinus ſacra egerat, ipſe Photianis erroribus addictiſſimus deſtrui, & ſolemniter iterum conſecrari mandaſſet, pulſus in exilium Galatæ obiit, ut loco citato refert Papadop.

Monaſterium S. Dominicæ - - -.

Monaſterium Sancti Joannis Eremitæ de Goherneto.

Monaſterium Beatæ Mariæ Virginis de Ghruſſopigi.

Monaſterium SS. Trinitatis de Acrotiri.

Monaſterium Sancti Baſilii.

Monaſterium Beatæ Mariæ Virginis Odigitriæ.

Memorat inſuper Pittonius de Tournefort in epiſtolis prima & ſecunda ſui per Orientem itineris alia Græcorum Monachorum (Caloieros incolæ vocant) Cœnobia, eorumque primum enuntiat Monaſterium Sancti Eleutherii titulo nuncupatum, non longe ab urbe Cydonia ſeu Canea, in quo aliqui (ſic ſcribit Tournefortius) Sedem Epiſcopalem veteris Cydoniæ ſtetiſſe aſſerunt, licet nulla ibidem appareant dirutæ civitatis rudera, vel veſtigia.

Monaſterium aliud deinde enuntiat itinere Dimidii Diei procul ab ipſa Caneæ Urbe poſitum, & vocabulo Trinitatis inſignitum, in quo olim centum, modo vix quinquaginta Monaci numerantur, qui labore manuum ſuarum Cœnobii prædia colunt, unde vitæ neceſſaria miniſtrentur. Duo deinde Monaſteria recenſet, utrumque titulo S. Joannis decoratum, nec longe a ſuperius enuntiato Monaſterio Trinitatis poſitum, quorum tamen alterum ob frequentes Piratarum incurſiones derelictum a Monachis fuit, & ad ruinas temporum injuria redactum.

Monaſterium Arcadiæ, quod a civitate Retimi duodecim millibus paſſuum procul eſt, nuncupationem accepit ab antiquiſſima Arcadiæ Urbe, ſuper cujus rudera ædificatum viſitur. Reliquis univerſæ Inſulæ Monaſteriis & pulchritudine, & ædificiorum ambitu præſtat, amplioresque redditus poſſidet, ex quibus ſupra centum Monachi intra ſepta in

Divinis Officiis aliisque interioribus muniis exercentur, reliqui vero, qui & ipſi Monaſticum Inſtitutum profitentur, & ducenti circiter numerantur, in pagis diſperſi degunt ad ſegetes, vineasque colendas. Plurimis verbis ubertatem vini oleique ex prædiis Monaſterii hujus extollit Tournefortius loco citato.

In vaſta planitie ad radices Montis Idæi Monaſterium viſitur, quod Græce nuncupatur *Aſomatos*, ſcilicet Monaſterium Angelorum, in quo ſe humaniſſimo hoſpitio ſuſceptum ſcribit Tournefortius.

Porro Græcæ Abbatiæ in triplici claſſe erant; Aliæ enim publici & regii juris, aliæ privati, aliæ demum Cœnobiticæ. In prima claſſe, Abbate vel vita functo, vel in pœnam erroris alicujus expulſo, Dux Cretæ Monachum alium Sacerdotem in Abbatem inſtituebat, neque enim fas erat ad Abbatiam aſſumere niſi Monachum, qui pridem ſacerdotio initiatus fuiſſet. Ex hoc electionum modo gravia interdum legum, & rerum ſacrarum diſcrimina proveniebant, ſiquidem non ſemper digniores juxta Canonum ſanctiones, & normam aſſumebantur, ſed aliquando is, qui aut pecunia aut officiis prævaleret, in Abbatem deſignabatur, qui propterea Monachos ex arbitrio admittebat, dimittebatque, præſertim cum nulla Monachi adſtringerentur clauſura, nec ab alio quopiam Eccleſiaſtico ſuperiore foro ſe cogi ſinerent, ſed magna vivendi licentia uſi, ſolis Reipublicæ magiſtratibus parere vellent.

Longe alia erat Abbatiarum juris privati conditio, cum enim a Fundatorum hæredibus Abbates eligerentur, atque ab iisdem de gradu deturbari poſſent, timor hujusmodi Abbates, & hinc Monachos in officio continebat, quandoquidem majorum ſuorum leges, & inſtituta cuſtodiri hæredes conſtanter volebant.

Quæ erant in tertia claſſe Cœnobiticæ Abbatiæ cæteras alias morum ſeveritate & diſciplina anteibant, easque Græci Laici peculiari obſequio venerabantur. Abbatis regimen trien-

triennium integrum tenebat, & ex ipſis Cœnobii Monachis, penes quos erat jus ſuffragii, deligebatur; erant autem electores numero impares ſeptem, vel novem, vel undecim, atque unicum ſuffragium ſupra dimidium validam faciebat electionem Abbatis, qui ab aliis etiam Cœnobiis evocari poterat. Monachi illi, qui in prima Cœnobii fundatione jus ſuffragii obtinuerant, non Abbatem ſolummodo creare, ſed uno ex ipſis deficiente alium ſufficere poterant ex ipſo tamen Cœnobio etiam Converſum, ut vocant, maturis tamen moribus virum, quique annos ſaltem octodecim in Cœnobio laudabiliter egiſſet. Apud hunc vocalium cœtum erat regimen Cœnobii œconomicum, cum enim Abbas triennalis eſſet, nihil quidpiam ipſis inſciis, & invitis ſtatuere poterat. Horum Monachorum Eccleſiæ & Cœnobia Divinis officiis & Pſalmodia colebantur egregie, morumque modeſtia Græcorum benevolentiam communem, & ex ea eleemoſinas largiores illis conciliabat. Omnes autem quotquot erant Abbates & Monachi Græci Laicis Venetorum magiſtratibus parebant, quam ipſimet conditionem inire voluerunt, ne Latinis Præſulibus obtemperare cogerentur. Cæterum ut in Inſula Cretæ Græcus Clerus tum regularis, tum ſæcularis haberet Epiſcopum Catholicum Græci ritus, per quem ſacris ordinibus initiaretur, viſum eſt publicæ providentiæ in Cithera Inſula non procul a Candia, Epiſcopum Catholicum Græcum ſtatuere Epiſcopali menſa aſſignata, a quo Cretenſes Græci ſacramentum Ordinis Græco ritu ſuſciperent, inhibitione indicta, ne ad alium quempiam Epiſcopum extra ditionem Venetam accederent.

At vero utcumque Monachi in Inſula abundarent, adhuc Cleri ſæcularis multitudo longe erat major, quippe frequentes in urbibus, frequentioresque in pagis, & in montibus Presbyteri occurrerent. Atque in urbibus quidem plerumque honeſto loco nati deligebantur, cujus delectus hæc erat cauſa, quod vellent juspatronatum in Eccleſiis, atque Parœciis a ſuis majoribus inſtitutum ſibi tueri, & eccleſia-

ſticis redditibus, atque eleemoſinis familias ſuas juvare. Hac ipſa de cauſa Sacerdotio inhiabant Primogeniti; qui juxta Eccleſiæ Græcæ conſuetudinem nubebant prius, tum ſacris Ordinibus initiati Eccleſiis & Parœciis regendis præficiebantur. Urbanum Clerum agreſtis incredibiliter numero ſuperabat. Homines erant ex infima ruſticorum plebe, fortunis æque ac litteris omnino deſtituti. Et quamvis rurales Parœciæ adeo frequentes eſſent, ut paucis admodum domibus ſua peculiaris adeſſet Parochialis Eccleſia, adhuc tamen plures ſupererant ſacerdotes. Nimirum agricolæ verſutiſſimi eo intuitu Eccleſiaſticæ militiæ nomen dabant, ne laborem colendi aliena arva ſubirent, neve inter remiges ad Triremes publicas deducendas, ſi quando urgeret neceſſitas, deſcriberentur. Hinc factum eſt, ut cum ſingulis Presbyteris ſua eſſet Eccleſia aſſignanda, cui deſervirent, hujusmodi Eccleſiæ humiles anguſtæ, & mapalis potius in modum extruerentur, adeo paſſim, ut quocumque te verteres, in aliquam id genus Eccleſiam pedem offenderes. Neque id in apertis, & cultioribus ſolummodo campis, ſed inter montium juga, ſummisque in rupibus.

Erectionum hujusmodi quamplurima extant documenta, in codicibus, qui poſt Cretæ clades ad nos devenerunt. Ipſa argumento eſſe poteſt Metropolis, quæ ſuo ambitu nonaginta & amplius Græcorum Parœcias complectebatur, quæ tamen Eccleſias haberent loco, forma, & cultu valde contemptibiles. Adde Oratoria, Sodalitia, & Sacella ingentem vim, quibus ſingulis ſuus aderat ad cuſtodiam Sacerdos. Has omnes Eccleſias Parochiali jure inſignitas cum ſuis nominibus exhibeo, prout ea deſcripſi ex codice ſuperius memorato, quem, niſi me mea fallit opinio, pronum eſt credere exaratum a Fratre Minorita alumno Cœnobii S. Franciſci in urbe Cretæ: ſiquidem cum cætera omnia obiter attingat, & citò prætereat, in hujus Cœnobii deſcriptione totus eſt, & minutiora quæque ſtudioſe diligenterque ſectatur, tum reliqua Seraphicæ Religionis Cœnobia, quotquot in toto Regno numerabantur, ſingillatim exequitur.

En

En itaque Eccleſias Paroeciales Urbis Candiæ, in quibus Divina officia, & ſacramentorum adminiſtratio Græco ritu peragebantur.

Sancta Maria Angelorum, ampla potius Eccleſia, quam ornata. Huic tamquam Matrici reliquæ omnes obedientiam præſtabant, ibi reſidebat Sacerdos, quem Cleri caput omnes agnoſcebant, atque reverebantur; Græci Protopapa, Latini Archipresbyterum vocant, qui non ad tempus eligebatur, ſed quamdiu è vivis excederet, eumque Ducha Cretæ pro tempore deſignabat.

Ab hac alias effero, prout in ſuperius memorato codice enuntiantur.

S. Onuphrius.
S. Nicolaus della Fontana.
S. Maria Odigitria, ideſt Viæ Dux.
S. Georgius della Volta.
S. Joannes Ghirofilima.
S. Georgius Diviona.
S. Joannes Theologus Abbatis Angharaton.
S. Maria Theoſchiepaſti, ideſt obumbrata a Deo.
S. Georgius de Leoni.
S. Maria de Periblecto.
S. Theodoſia.
S. Andronicus.
S. Maria Ghraſſalithini.
S. Maria de Ptighattoſtra.
S. Maria de Alleuropughitiſſa.
S. Nicolaus de Malvezi.
S Maria de Piſtoſtiſſa.
S. Georgius de Cavura.
S. Conſtantinus.
S. Anna.
S. Michael Archiſtratigos.
S. Joannes Damaſcenus.
S. Joannes Eremita.

S. Ma-

S. Maria Thaumaturga.
S. Nicolaus de Sabionata Caſtellana.
S. Antonius de Caſtro Moroſino.
S. Nicolaus de Zancharo.
S. Salvator de Ghruſtudi.
S. Joannes Theologus in Judaica.
S. Maria Chiera Gialini.
S. Georgius Dratino.
S. Marina.
S. Lucia Agia ſotià.
S. Demetrius.
S. Nicolaus del Molo.
S. Michael Archangelus Archiſtratigos.
Agia Chiriaci, ſcilicet S. Dominica.
S. Conſtantinus de Dandulo Dimnus.
S. Nicolaus drio l'Emo.
S. Maria Agia Mogni.
S. Maria Chiria Panagia.
S. Nicolaus.
S. Salvator.
S. Georgius.
S.S. Apoſtoli.
S. Spiridion.
S. Marcus.
S. Nicolaus de Murghurtargià.
S. Elias.
S. Athanaſius.
S. Baſilius.
S. Athanaſius de Papadopuli.
S. Matthæus.
S. Georgius.
S. Maria Faneromegni.
S. Maria Faneromegni ſti Vagià.
S. Elias ſta ſavatianà.
S. Michael Archiſtratigos de S. Paulo.

S. Ma-

S. Maria Chivia i pandanaſos agios minas, ideſt S. Menas.
S. Maria Chivia manoliteſſa.
S. Joannes Gryſoſtomus.
S. Joannes Eleemoſinarius.
S. Georgius Dhorgiani.
S. Lucia Agia fotia ſto petrinò giafiri.
S. Anna.
S. Joannes.
S. Marina.
S. Salvator.
S. Pelagia.
Crucifixus de Pandocratora.
Crucifixus de Dermata.
Agios Chyrilos, ideſt S. Cyrillus.
S. Maria ichyria julaghirena.
S. Pantaleon de Bugnali.
S. Georgius to chatergaro.
S. Maria Papatis Mamugni.
S. Salvator.
S. Herini.
S. Eleuſa.
S. Maria de Pſighoſſoſtra, ideſt ſalvatrix animarum.
S. Georgius Gliffocaridhi.
S. S. Cosmas, & Damianus I. Agii Anargyri, ideſt Sancti carentes argento.
S. Simeon.
S. Joanes Miriſti.
S. Joannes Prodromos, ideſt Præcurſor.
S. Maria Chiria Flevariani.
S. Pantaleon.
S. Salvator de Panogratora.

Hæ omnes Eccleſiæ per ſæculares Presbyteros adminiſtrabantur.

Quoad Moniales, neque enim deerant in Creta fœminæ ſub regulari diſciplina unicum Sancti Baſilii inſtitutum (ut dictum eſt de Monachis) omnes profitentes, biſariam dividebantur

debantur, aliæ enim erant in clauſura viventes, aliæ in Monaſteriis quidem ſub Abbatiſſa degentes, ſed propria libertate utentes ſeparatim vivebant eo fere modo, quo Sorores tertii Ordinis Minorum vulgo Tertiariæ ſeu Pizzocheræ nuncupatæ, vitam apud nos agunt. Sanctimoniales Clauſuræ ſepto obſtrictæ duo ſolummodo (quod ſciam) Monaſteria obtinebant, unum ſub Sancti Matthæi titulo antiquiſſimum in urbe Cydonia, alterum poſteriori ævo, ſæculo videlicet XVI. ineunte in urbe Candiæ fundatum ſub nuncupatione Sanctæ Mariæ Acrotigiani, cui Græcorum pietas præter expenſas Ædificiorum, redditus etiam aſſignaverat, qui ad alimoniam centum & quinquaginta Monialium ſufficerent.

Ut autem tenuis admodum erat numerus earum, quæ certis obſtrictæ legibus intra ſepta concluſæ vivebant, ita in univerſa Inſula abundabant Monaſteria aliarum, nomine potius quam re Monialium; nam quamvis atra veſte ad pedem usque producta indutæ, parvamque crucem e collo pendentem geſtantes, & albo velo caput obvolutæ incederent, inſtitutum tamen S. Baſilii, cui nomen dederant, ad extremam usque ſenectutem, ut plurimum profiteri differebant, nemine eas ad ſolemnem votorum emiſſionem cogente.

Hæc de utriusque Cleri Græci conditione ad rerum memoriam perennandam attulimus, exhibituri mox, ubi de Latino Clero agemus, cæremonias, quas in ſolemnitatibus Laudum ſeu *del Laudo* nuncupatis, ſervare in Cathedralibus Latinis Græci Presbyteri conſueverant.

Huc-

HUcusque de Archiepiſcopis Cretenſibus, qui inter Metropolitas Conſtantinopolitano Patriarchali Throno ſubjectos trigeſimum locum ſub Leone Sapiente ſeu Philoſopho Græcorum Imperatore obtinuerunt, ſæculo reparatæ ſalutis IX. mox ſub Andronico Palæologo ſeniore ſæculo XIII. ad trigeſimum ſeptimum locum, ut ſuperius diximus, traducti fuerunt, ea fortaſſe de cauſa, quia Creta Inſula ab Imperio Orientali avulſa in Venetorum Dominium devenerat. Nunc ad aliarum Eccleſiarum Epiſcopos tranſeundum eſt, quos ſuffraganeos ſibique ſubjectos numerabat Cretenſis Metropolis. Ipſos eo ordine proferemus, quo eos digeſſit laudatiſſimus Lequienius, Eccleſias illas prætermiſſas facientes, de quarum Epiſcopis nulla nec in editis libris, nec in ms. documentis occurrit mentio.

Eccleſias Cretenſis Archiepiſcopatus ſuffraganeas affert Albertus Mirræus in Notitia Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani lib. III. pag. 102. ubi ſic ſcribit:

„ Patriarchatus Conſtantinopolitanus ex diſpoſitione Leo„ nis Imperatoris C. P. cognomento Philoſophi ſeu Sapien„ tis, qui anno Chriſti DCCCLXXXVI. cœpit imperare, „ & imperavit annos XXII.

Sedes XXX. Cretæ Inſulæ.

M. Gortynius.	Lampenſis.
Gnoſſius.	Cydoniæ.
Arcadiæ.	Hierapetræ.
Cheroneſſi.	Siteæ.
Aulopotami.	Ciſſami.
Agrii.	

Eosdem Epiſcopatus affert Meurſius in ſuo de Creta tractatu lib. IV. cap. IV. ibique Gortynæ Epiſcopum diſtinguit a Cretæ Metropolitano, & urbem Hierapetram bipartiens, ex una Eccleſia duos Epiſcopatus conſtituit, quorum unum

Hieræ, alterum Petræ appellat, proindeque numerum Epiſcopatuum auget his verbis: quæ ex Leonis Novella deducta aſſerit. *Cretæ Inſulæ Metropolitano ſubſunt, primus Gortynæ Epiſcopus, ſecundus Gnoſſi, tertius Arcadiæ, quartus Cheroneſi, quintus Auloporami, ſextus Agrii, ſeptimus Lampæ, octavus Cydoniæ, nonus Hieræ, decimus Petræ, undecimus Sithiæ, duodecimus Ciſſami.* Quod autem Hierapetra ſeu Hierapytna unica eſſet Urbs Epiſcopalis etiam ſub ipſo Leone Imperatore, manifeſtum fit ex actis Concilii Chalcedonenſis in quibus habetur Epiſtola Epiſcoporum Cretenſium ad Leonem I. Imperatorem, & in ea ſubſcriptus legitur Euphronius Epiſcopus Hierapydnæ. Ex his porro corrigendus erit loco citato Meurſius, ac etiam lib. I. cap. XI. ibi enim urbes Cretæ recenſens dum Hierapolim ſtatuit a Hierapytna diverſam, Epiſcopatus dignitatem Hierapoli non Hierapytnæ dicit ex Novella Leonis alligandam eſſe. *Hierapolis... Sub Chriſtianis ſedes facta eſt Epiſcopi ordine nona. Vide Novellam Leonis.*

Ampliorem Eccleſiarum numerum exhibet Hierocles Grammaticus in notitia Provinciarum Imperii Orientalis, hæc enim affert Provinciæ Cretæ Eccleſias.

* ὑπὸ κονσυλάριον	ιὰ. Ἐπαρχία Κρήτης ὑπὸ ἡγεμόνα. πόλεις ιβ'.	* *XI. Provincia ſub Præſide Urbes 22.*	* conſulari.
	Μητρόπολις Γορτύνη.	Metropolis Gortyna.	
	Ἴνατος.	Inatus	
	Βιέννα.	Bienna.	
	Ἱεραπύδνα.	Hierapydna.	
	Καμάρα.	Camara.	
	Ἄλλυγγος.	Allyngus.	
	Χερσόνησος.	Cherſoneſus.	
	Λύκτος.	Lyctus.	
	Ἀρκαδία.	Arcadia,	
	Λνωσός.	Cnoſus.	

Σύ-

	Σούβριτος.	Subritus.	
	ὁ Αξιος.	Axius.	
*Ελευθέρνα	* Ελευθέρα.	*Eleuthera.	* Eleutherna.
	Λάμπαι.	Lampe.	
	Ἄπτερα.	Aptera.	
	Κυδωνία.	Cydonea.	
	Κίσαμος.	Ciſamus.	
	Καντανία.	Cantania.	
	Ἔλυρος.	Elyrus.	
*Λίσσος	* Λάσσος.	* Laſſus.	* Liſſus
* ἤτοι Ἀραδέρα	Φοινίκη. * Αραδένα.	Phenece * * Aradena.	* ſeu
MS. conjungit.	Νῆσος Κλαῦδος.	Inſula Claudus.	

Ex Hierocle eandem Epiſcopatuum ſeriem retulit Carolus a S. Paulo in Geographia Sacra in Parergon Notitiarum pag. 18. ſecundæ Editionis, ubi *ex veteribus Codicibus Vaticanis mss. veteres Provincias, & Urbes* recenſet, *quæ ſub Imperatore Romanorum apud Conſtantinopolim ſedente regebantur.*

At in Ordine Metropolitarum, qui Tomo XVIII. Bibliothecæ Byzantinæ pag. 316. accuratiſſime affertur, *prout deſcriptus eſt in Cartophylacio*, & in eo recenſentur, quot Epiſcopi ſubſint Metropolitis, *Inaros* prætermittitur, & Urbes hoc ordine enuntiantur.

Provinciæ Cretæ.

Gortinnæ.	Hierapidnæ.
Biennæ.	Alingi.
Camaræ.	Lectis.
Cherſoneſi.	Conoſſi ſeu Gnoſſi.
Arcadia.	Axy.
Subriti.	Lamparum.
Eleutheræ.	Cydoneæ.
Apternæ.	Cantaniæ ſeu Cautaniæ.
Ciſami.	Liſſi.
Eliri.	Inſulæ Claudi.
Phænices ſeu Ariadnæ.	

Tandem Lequienius, qui eos tantummodo Epiſcopatus illuſtravit, in quibus aliquos invenit ſediſſe Epiſcopos, tresdecim Urbes enumerat, quæ Gortynam veluti matrem & Metropolim venerabantur. Hæ ſunt Gnoſſi, Arcadia, Hierapetra ſeu Jerapolis, Lappa, Phœnix, Heracleopolis, Subrita, Apollonia, Eleutherna, Cherſoneſus, Cydonia, Ciſſamus, & Cantanus. His a Lequienio ſtatutis Eccleſiis facile alia addi poſſet nempe Rhaucia, cujus Urbis fuiſſe Epiſcopum Sanctum Myronem Thaumaturgum arguit, ut ſuperius dictum eſt, Doctiſſimus Jo. Pinius in actis Sanctorum Tom. II. Auguſti pag. 344.

ECCLE-

ECCLESIA CNOSSI.

CNoſſus, ut eam vocant Strabo & Ptolomæus, ſeu Gnoſſus, ut a Diodoro Siculo & Polybio appellatur, olim Ceratus vocata fuit a præterfluente flumine, ſic enim de ea ſcribit Strabo lib. X. *Cnoſſus olim Coeratus vocata fuit a flumine præterlabente ;* Gnoſſios etiam a flumine Ceratios vocari notat Heſychius, qui Gnoſſum aſſerit aliquando Trittam vocatam fuiſſe : *Tritta : ita Gnoſſus nominabatur*. In planitie inter Gortynam & Lyctum poſita antiquo ambitu ſtadia XXX. occupabat. Quod autem de ipſius antiquitate refert ex Cretenſium traditione Diodorus Siculus lib. V. Titanes videlicet in terra Gnoſſiorum domicilium habuiſſe, ibique Jovem nuptias cum Sorore ſua celebraſſe, hoc ad regionem, non autem ad urbem referendum eſt, ſiquidem ut concordi aſſerunt ſententia Strabo, Diodorus, aliique Græcarum rerum Scriptores, Minoes, quem dicunt Jovis filium, dum Cretæ Inſulæ leges daret multas in ea urbes condidit, inter quas tres eminebant, Gnoſſus nimirum in ea Regni plaga, quæ Aſiam reſpicit, deinde Phæſtum & Cydoniam. Gnoſſus itaque inter eas urbes prima ſtatuitur, quia eam ſibi in Regiam, atque in ſui Regni Metropolim delegerat Minoes, ſic enim de ipſa cecinit Homerus : *In his autem Cnoſſus, magna civitas in qua Minos regnabat.*

Idem affirmat ex Homeri authoritate Strabo, additque: *diu ſane primas* in Regno *tulit : poſtmodo depreſſa eſt, multisque ſpoliata privilegiis, dignitate in Gortynam & Lyctum translata, recuperavit tamen deinde veterem Metropolis ſpeciem :* unde & in notitiis Leonis Sapientis inter Epiſcopales Inſulæ ſedes prima recenſetur poſt Gortynam Metropolim. Quamvis autem ii, quos ſupra recenſuimus, Scriptores Gnoſſi originem a Minoe Rege deducant, non deſunt alii, qui diverſimode ejus fundationem enarrent. Euſebius in Chronico eam Curetum, & Corybantium opus fuiſſe affirmat, a Cre-

te

te uno ex Curetis & primo in Creta Rege conditam fuiſſe ſcripſit Mariannus Scotus lib. I. & Lactantius l. I. c. XI. hæc de Gnoſſo habet : *dicitur Veſta* hanc urbem creaviſſe.

Gnoſſios Gortyniosque inito inter ſe fœdere totam Inſulam ſubjugaſſe, urbe Lytiorum excepta, refert Polybius lib. IV. qui deinde bella Cretenſium enarrans Lyctum urbem deſcribit a Gnoſſiis incenſam, & funditus everſam. Plura de Gnoſſo, quæ Romanorum colonia evaſit, ſcribunt Strabo lib. X. Polybius lib. IV. Dion Caſſius lib. XLIX. Pauſanias in Attic. c. 27. & Lucanus lib. 2. ubi Gnoſſios innuit in ſagittarum jactu peritos.

Creta vetus populis Gnoſiasque agitare pharetras-Docta.

Tanti autem apud antiquos habebatur Cnoſſos civitas, ut ex ea nomen toti Inſulæ aliquando darent. Sic Virgil. lib. III. Ænead. *Placemus ventos & Gnoſſia regna petamus*: & Ovidius in Epiſt. Paridis : *Non habuit tempus, quo Gnoſſia regna videret.*

Plurimis itaque attrita bellis urbs olim ampliſſima nunc vicus eſt Ginoſſa nuncupatus, inter antiquæ magnificentiæ rudera poſitus. Ejus urbis fuerunt Epiſcopi.

I. Pinytus *inter Epiſcopos nobiliſſimus* Marco Antonino Vero, & Lucio Aurelio Commodo Romanis Imperatoribus Gnoſſiæ Eccleſiæ præfuit, & doctrina æque ac ſanctitate illuſtris *in ſcriptis ſuis* (ut teſtatur Martyrologium Romanum ad diem 10. Octobris) *velut in quodam ſpeculo viventem ſui reliquit imaginem*. Mentionem ipſius habet Euſebius in Chronico, ubi eum Pinetum appellat, & Hiſtor. lib. IV. cap. 20. & 22. cujus fragmentum ad tanti viri laudem afferimus. *Ad Gnoſios* Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus epiſtolam miſit, *in qua Pinytum Eccleſiæ illius Epiſcopum admonet, ne grave onus caſtitatis fratribus ex neceſſitate imponat, ſed multitudinis accurate conſideret imbecillitatem. Ad quam Pinytus reſcribens, quamquam Dionyſium propter epiſtolam veneratur ac laudat, illum tamen e contrario obſecrat, ut jam aliquando cibum illis impertiat ſolidiorem & perfectiore doctrina populum ejus procu-*

rationi

rationi commiſſum educet: ne umbratili cuidam inſtitutioni, & molli inſtar lactis perpetuo aſſuefacti puerili quadam diſciplina, nec opinantes conſeneſcant; in qua quidem Epiſtola non modo recta Pinyti de fide opinio & cura de plebis utilitate ſibi ſubjectæ ſuſcepta, verum etiam eloquentia, & litterarum Divinarum intelligentia, tanquam in viva quadam, & expreſſa effigie liquido pateſit. Pinytum recenſet inter Scriptores Eccleſiaſticos S. Hieronymus, & a Nicephoro memoratur lib. 4. cap. 8. Ejus memoriam afferunt in ſuis Martyrologiis Beda, Uſuardus, Ado, & alii recentiores.

II. Zenobius Epiſcopus Civitatis Gnoſſi Provinciæ Cretæ interfuit anno 431. Concilio Oecumenico Epheſino adverſus Neſtorium, ejusque ſectatores convocato, ibique S. Cyrilli Epiſtolam laudavit his verbis: "Cum Orthodoxa Sancto-„ rum Nicænorum Patrum fides nulli non ſit manifeſta, & „ planum nobis factum ſit Sanctiſſimi Patris & Epiſcopi Cy-„ rilli epiſtolam cum iis exacte congruere, qui fidem per id „ tempus recte expoſuerunt: equidem libenter huic adſtipu-„ lor, ſubſcriboque & in hac fide cupio perpetuo permanere." Neſtorium poſtea ſubſcribens anathematizavit.

III. Gennadius Epiſcopus Gnoſſi, cujus nomen multis in locis vel ſubſcriptum vel enuntiatum reperitur inter acta Synodi Chalcedonenſis anno 451 adverſus Eutychetem, ejusque errores coactæ. Signavit deinde epiſtolam, quam Martyrius Epiſcopus Gortynæ ejusque ſuffraganei Epiſcopi Cretæ ad Leonem Imperatorem miſerunt, & LX. loco numeratur inter epiſtolas actis Synodi Chalcedonenſis adjectas.

IV. Anaſtaſius Epiſcopus Gnoſſi ſedit in ſeptima Synodo Generali, quam Nicææ coegit Hadrianus Papa hujus nominis I. anno 787. Anaſtaſio Epiſcopo Gnoſiæ epiſtolam miſit *de Officio Epiſcopi* Sanctus Theodorus Studita, quæ undecima eſt libri primi, in cujus calce hoc de paſtorali Anaſtaſii vigilantia profert teſtimonium: *Tu vero colendiſſime Pater cum omnibus his* (vitiis) *careas, ſacris precibus ſpirituales lupos a ſeptis tuis Chriſti annulo obſignatis expelle. Et quidem hoc*

agis,

agis, nec me lates, educisque in campos virtutum paſcens & impinguans herba ſuavis doctrinæ tuæ, & aqua ſinceræ fidei tuæ, aſſidueque offers acceptabiles hoſtias per rationales & conſecratos Deo cultus.... Vale in Domino pro nobis orans, qui ſoli peccatores ſumus, Pater in omnibus Sanctiſſime.

ECCLESIA ARCADIÆ.

ARcadia urbs Cretæ apud oram occidentalem non longe a Ciſamo ſita erat, quam Polybius lib. IV. & Stephanus Byzantius in libro de Urbibus Arcadem appellant. Antiquiſſimam Urbis ſuæ originem jactabant Arcades, qui Jovem apud ſe natum, non in Idæ monte volebant, unde Callimachus Hymno I.

Jupiter, te quidam Idæis in montibus dicunt natum;
Jupiter, alii vero Arcadiæ, utri, Pater, mentiti ſunt.

Arcades memorat Polybius lib. IV. quod relicta Gnoſſiorum amicitia, ſe ad Lytios Gnoſſiorum oppugnatione affictos adjeciſſent; & Seneca Natur. Quæſtion. lib. III. cap. XI. ex Theophraſti authoritate ſcribit circa Arcadiam Cretæ urbem fontes, lacusque, qui in ea plaga frequentes erant, aruiſſe, quia deſiiſſet coli terra, diruta urbe, poſtea vero cum cultores terra recepiſſet, aquas quoque recuperaſſe. Idem quoque narrat Plinius lib. XXXI. cap. IV. *Proditur certe in Creta expugnato oppido, quod vocabatur Arcadia, ceſſaſſe fontes amnesque, qui in eo ſitu multi erant, rurſus condito poſt ſex annos, emerſiſſe, uti quæque cæpiſſent coli.*

Arcadia inter Epiſcopales urbes invenitur in notitiis Græcorum Epiſcopatuum, qua dignitate quamvis per longa annorum ſpatia fuerit decorata, attamen unius tantummodo Epiſcopi nomen reperire potuit accuratiſſimus Lequienius, Joannis videlicet, qui ſecundæ Nicænæ Synodo interfuit, ejusque actis nomen ſuum appoſuit: *Joannes Epiſcopus Arcadiæ.* Diverſimode tamen nomen civitatis exprimitur in actis Concilii, ubi nomina Epiſcoporum recenſentur, qui

Con-

Concilio interfuerunt, inter eos enim legitur *Joannes Epiſcopus Arcadiopoleos*, ex quo factum eſt, ut Joannes iſte in Indice Geographico Epiſcopatuum inter Epiſcopos Arcadiopoleos, quæ eſt urbs in Thracia ab Andronico juniore Imperatore reſtaurata, adnumeraretur. Liquido tamen conſtat Joannem fuiſſe Arcadiæ Cretenſis Epiſcopum; ſiquidem ejus nomen *Joannes Epiſcopus Arcadiæ* in actis Concilii ſignatum legitur inter alios Cretenſis Inſulæ Epiſcopos, quorum ſeptem ante, tres vero poſt Joannem Epiſcopum Arcadiæ ſubſcripſerunt.

ECCLESIA HIERAPETRÆ.

Hierapetra variis nominibus ex diverſa Scriptorum authoritate appellata fuit. Hierapytnam Strabo & Plinius, Hierapetram Ptolomæus, Hierapydnam Dion Caſſius, & Gierapetram Sophianus nuncupaverunt. Quo tempore Romanorum exercitus Duce Metello Proconſule Regnum Cretæ invaſit, *Ariſtion* (ut narrat Dion Caſſius lib. XXXVI.) *devicto L. Baſſo, qui ſe ei oppoſuerat, Hierapydnam occupavit*, ad quem deinde ſe contulit Octavius. *Quum* autem *aliquandiu* ibidem *perſeveraſſent, poſtquam adverſum ſe ire Metellum perceperunt, Caſtello relicto, vela in altum dederunt. Metellus totam exinde Inſulam ſubegit.* In ora Cretæ auſtrali eam collocat Ptolomæus inter Hieron horos hoc eſt ſacrum montem, & Erithreum Promontorium; Stephanus Geographus, ac ejus fortaſſe authoritati innixus Martinerius aſſerunt eam primitus vocatam Cyrbam, deinde Pytnam, poſtea Camyrum, ac deinde Hierapytnam; cum enim Pytna, teſte Strabone, collis eſſet montis Idæi, nomen proximæ civitati fecit, cui deinde nomen ſeu potius titulum Hieræ adjecerunt, eo quod juxta poetica commenta aſſererent Jovem in illius montis antro, ut Saturni patris eum ad necem quærentis rabiem effugeret, abditum fuiſſe, & caprino lacte nutritum. Sed & Hierapygia a Nigro. Comment. Geograph. lib. X. vocatur, cujus hæc ſunt verba: *Hinc urbs eſt Piytina ſeu Pynta cogno-*

mine ſacra, ſeu Hierapygia, quæ Lariſſa antea, Strabone teſte, nominabatur, in colle enim eſt, qui ſacer appellatur. Nunc Zirapetra a junioribus dicitur: cujus ex adverſo nunc in mari longe Claudos Inſula eſt, in qua olim civitas Gaideronis modo ab incolis.

Bellum aliquando habuerunt Hierapytni adverſus Praſſios, cujus urbem Praſos nomine inter Samonium & Cheroneſum poſitam deleverunt, ut ſcribit Strabo lib. X. Inter Samonium ac Cherroneſum ſita eſt Præſus, & everterunt Herapytnii. Num cum hujus urbis Præſi civibus, an potius cum alius fere homonymæ civitatis Priæſi incolis (eas enim civitates Præſum & Priæſum diſtinguit ex Stephani libro de Urbibus Meurſius) fœdus aliquando inierint Hierapytnii, non facile eſt judicium ferre: hoc pro certo habemus, *Hierapytnios & Prianſeos* fœdus pepigiſſe, cujus prolixum documentum affert ex marmore e Creta in Angliam delato Thomas Raineſius in collectione Veterum Inſcriptionum pag. 491. cum adjecta Latina interpretatione. Hujuſce documenti fragmentum exhibet Muratorius in Theſauro inſcriptionum pag. DV. quod aliis interpretandum reliquit.

Aliud antiquiſſimum fœderis pariter jusjurandum in agro Hierapytnio lapidi inciſum repertum fuit, cujus tranſumpta inſcriptio aſſervatur in codice ms. Vaticanæ Bibliothecæ ſignato num. 1754. quam nullibi (quod mihi innoteſcat) adhuc editam, hic primo in lucem proferimus Græcam pariter & Latinam, prout ipſam interpretatur doctis. Joſeph Mazari Soc. Jeſu alumnus.

IN

IN AGRO HIERAPITNA.

Στάλαν ἄθινα τρεῖς παραγύτναι ἐν τῷ ἱερῷ τὰς ἀθάνας
ἄλλην οἱ κατοικοῦντες ἱεραπίτνιοι ἱερῷ τῷ ἀσκλαπιῷ
τὰ δὲ τρίτην κοινοῦ ἐν τῷ ἱερῷ τὰς ἀθαναίας
αἱ δέτι καὶ δόξῃ βωλευέμεν ἐπὶ τῷ κοινῷ συμφέροντι,
καὶ ἐπιδιορθῶσαι, ἢ ἐλέλεν ἢ ἐβάλλεν, μὴ ἔνορκον
ἔστω. ὅτι δὲ ἐγραψαμένεν ἔνορκόντι ἔστω καὶ ἔνθινον.

Ὅρκος

Ὀμνύω τὰν ἑστίαν, καὶ ἀοράτριον κληίδα,
καὶ δικταῖον, καὶ ἥραν, καὶ ἀθαναίαν, ὠλερίαν
καὶ ἀθαναίαν πολιάδα, καὶ ἀθαναίαν σαμωνίαν
καὶ ἀπόλλονα πύθιον, καὶ λατῶ, καὶ ἄρτιμιν καὶ
ἄρεαν, καὶ ἀφροδίταν, καὶ κορῆτας, καὶ νύμφας
καὶ τὰς κύρβατας, καὶ θεοὺς πάντας, καὶ πάσας
εἰ μὲν ἐγὼ εὐνοήσω τοῖς πᾶσιν ἱεραπιτνίοις τὸν ἅπαντα
Χρόνον, ἁπλοῦς καὶ ἀδόλως. καὶ δὴ τὸν αὐτὸν φίλον
καὶ ἐχθρὸν ἔξω. καὶ πολεμήσω ἀπὸ χώρας παντὶ σθένει
οὗ καὶ οἱ ἐπιτάττοντες ἱεραπίτνιοι καὶ τὸ δίκαιον δῶ,
καὶ ἐμμενῶ ἐν τοῖς συγκειμένοις, καὶ οὐ κακοτεχνήσω
οὔτε ἔργῳ, οὐδ' ἄλλῳ ἐπιτρέψω ἑκὼν καὶ γινώσκων παρ' ἐυρῆ
οὐδεμιᾷ, οὐδὲ τρόπω οὐδενί. αἱ δὲ τι ἐπιορκήσαιμι
τῶν ὀμοσθέντων συνθεματός τι, θεὼς τὼς ὤμο ἐμηνιαζοιμι
καὶ ἐξολοίμην κακίστῳ ὀλεθρίῳ, καὶ μήτε γάν, μήτε
δένδρων καρπὸν φέρεν μήτε γυναῖκας τίκτεν κατὰ φύσιν
τῶτε πολέμῳ μὴ μεσῶον ἐυτυχεῖν. τούτοις ἐμμένου δὲ
ἄμμιν τώς τε σθεὼς ἵλεος ἦμεν, γένεσθαι τὰ πάντα.

IN AGRO HIERAPITHNA.

Columnæ tres *inſculptæ ſunt* in Templo Minervæ. Alteram habitantes Hierapitnii ſacrarunt Templo Æſculapii. Tertiam vero in commune Templo Minervæ. Si vero quid videbitur deliberandum ſuper communi utilitate, vel inſuper emendandum; quod vel voce & pronunciatione, vel ſigno dato efferetur; ne jurejurando obſtrictum ſit; quod vero litteris perſcriptum, etiam juramento ſacrum habeatur.

Primarum vocum obſcurus ſenſus. Prima vox σαλαν (ſtalan) fortaſſe a στηλη (ſtele) ſcilicet *columnam* & quidem eam, in qua fœdera ſcribebantur, aut alia poſteritati mandanda; ut videre eſt ap. Demoſth. Or. pro Coron.

Sequitur alia vox ἄθινα (athina) hæc vero Heſychio quidem vertitur *ligna apta ad urendum*.

Tertia voce τρεῖς (treis) patet numerum exprimi, ſcilicet tres.

Aliam vero καραγυτται (caragytnai) nuſpiam invenio: eſt quidem χαράσσομαι (charaſſomai) ſculpo & χαραγμος (charagmos) inciſio: at quomodo καραγυτναι (caragitnai) inde exiſtat non liquet.

Interpretatio igitur ad verbum ſic haberet, σάλαν Columnam, ἄθινα: ſigna urenda, τρεις tres, καραγυτναι *forte* inſculptæ ſunt, aut inſculpſerunt.

Mihi quidem videtur cum hujus partis, tum earum quæ ſequuntur conſtructionem ipſam, & ſyntaxin vulgaris corruptæque linguæ eſſe, quam minime calleo: ſenſus tamen poſteriorum vocum non ita obſcurus, ut erui non queat.

Jusjurandum.

Teſtor Veſtam, & inviſibilem *Kleida*, Jovemque Dictæum, & Junonem, & Minervam exitialem belligeram, & Minervam Civicam, & Minervam Samniam, & Apollinem

linem Pythium, & Latonam, & Dianam, & Martem, & Venerem, & Curetas, & Nymphas, & Corybantes, Deosque universos, & universas Deas; me quidem benevolum futurum omnibus Hierapitniis in omne tempus simpliciter & absque dolo. Et vero illum ipsum vel amicum mihi vel inimicum statuam, eique bellum omni regione indicam totis viribus, de quo præcipientes Hierapitnii & sententiam tulerint, & in pactis convenerint. Neque quidquam maligne machinabar aut in eo, quod in administrationibus fuerit perscriptum, neque verbo, neque opere, autfacere id quemquam alium permittam volens & sciens contra deliberationem in re ulla, vel ulla ratione. Si vero quidquam pejerans violavero eorum, quæ jurejurando affirmata sunt, & quæ pacta; tunc Dii mihi crudeliter irascantur, & ipse pessimæ occumbam neci, neque terra frugem mihi, neque plantarum afferat fructum, neque ut naturam decet pariant mulieres, neque belli in medio fortuna faveat. Ast ubi ea omnia maneant firma, tunc & Dii omnes propitii, & placabiles adsint, & prospera omnia succedant.

Breviorem aliam epigraphen in agro Hierapytnio inventam effert enuntiatus codex, & est:

ΘΕΑΙΣ ΔΗΜΗΤΡΙΚΑΙ ΚΟΡΙ
ΛΑΡΚΙΑ ΑΡΤΕΜΙ ΕΙΣ ΕΚΤΟΝΙ
ΛΟΝ.

IDEST

Deabus Cereri & Proserpinæ Largia Artemis ex visis.

Sic haud infrequenter invenitur in inscriptionibus Latinis *Ex visu*, quando Deorum admonitu aliquid se Diis facere censebant.

Sed & alias apud Hierapythnam repertas inscriptiones affert alius Codex ms. ipsius Vaticanæ Bibliothecæ sig. num. 5237. de quo superius in nota 22. ad enarrationem Bondelmon-

delmontii egimus. Eæ autem ſunt quas cum adjecto ad calcem inſcriptionum Itinerarii fragmento exhibemus.

„ Apud Hierapetram ad Auſtrale littus ampliſſimam olim „ Cretenſium urbem, ubi alia inter ſuæ magnitudinis monu„ menta, duorum Amphitheatrum Naumachiaque ſpectacu„ li reliquias & veſtigia vidimus, intra quæ binas Cæſareas „ ſtatuas baſesque hiſce ſuis cum inſcriptionibus Atticis, & „ eximiis quoque litteris comperi.

Ad Primam Cæſaream baſim.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣ
ΜΑΡΚΟΝ ΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ ΣΕΒΑ
ΣΤΟΝ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ
ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ
Λ. ΦΛ. ΣΟΥΛΠΙΚΙΑΝΟΣ
ΔΩΡΙΩΝ.

Epigraphen hanc ita interpretatus eſt Clariſs. Muratorius in Theſauro Vet. Inſcr. pag. CCXLI.

„ Imperatorem Cæſarem Marcum Aurelium Antoninum „ Auguſtum Dominum Orbis Terrarum Lucius Flavius Sul„ picianus Dorion (ſupple, honorat).

Ad aliam baſim.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
ΛΟΥΚΙΟΝ ΑΥΡΗΛΙΟΝ ΒΗΡΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΑΡΜΕΝΙΑΚΟΝ
ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕ
ΝΗΣ Λ. ΦΛ. ΣΟΥΛΠΙΚΙΑΝΟΣ
ΔΟΡΙΩΝ.

εἰς Ἱερατέτραν.

Ad ſacram & olim eximiam divæ illius Hierapetreæ Cereris & Perſephonis ædem.

TAN

ΤΑΝ ΔΑΜΑΤΡΑ
ΚΑΙ ΤΑΝ ΚΩΡΑΝ.
ΑΡΧΕΔΙΚΑ. ΖΗΝΟ
ΦΙΑΟΜΕΤΑ ΤΑΝ ΠΕΡΙΣΤΑ
ΣΙΝ ΤΠΕΡΤΑΣ ΠΟΛΕΟΣ
ΕΚΤΩΝ ΙΔΙΩΝ
ΙΔΡΥΣΑΤΟ.

Ita interpretatur Muratorius citati Theſauri pag. CXLII. „ Cererem Et Proſerpinam Archedica Zenophili Poſt „ Calamitatem Civitatis De Sua Pecunia Poſuit.

Porro tam ex hac quam ex ſuperius allata inſcriptione, ubi Ceres & Proſerpina enuntiantur, addiſcimus eas Divas apud Hierapythnios peculiarem cultum obtinuiſſe.

„ Ad X. K. Novemb. ex Agaruſia Modatia Villa pro Cha „ deletam penitus longa vetuſtate Urbem in Creta medi- „ terraneam ad mirificum Dictææ Dianæ Fontem (1) ve- „ nimus, quem ad ipſas Dictæi montis occidua ex parte „ radices per C. ferme ſtadia a Hierapytna non longe ab „ aquilonare Phanuriano littore, ſitum comperimus, eum- „ que ſub arduo ſcrupeoque & alto a vertice ſciſſo ſuapte „ ruina ſaxo a ſummo montis cacumine exſcaturientem, & „ anguſtis ſciſſuræ anfractibus ſonoro ruente latice profundo „ repleto lacu naturali rotunditate urna & XXX. fere cu- „ bitum

(1) Fons, cujus deſcriptionem & fabuloſa mirabilia effert allatum fragmentum, ignoti mihi Authoris, fortaſſe eſt fons ille, qui non longe ab Ida excurrens appellatur a Theophraſto *Sauri*, ita enim ſcribit Hiſt. Plant. lib. III. cap. V. *In Creta populi nigræ, quæ fructum ferunt, ſunt plures, una ad oſtium antri quod in Ida exiſtit, ubi ſervantur Deorum donaria: altera parva in propinquo: longius vero ad duodecim ſummum ſtadia, circa fontem, quem appellant Sauri, multæ.* Autumat exinde ingenioſe Meurſius ſic legendum eſſe apud Claudianum in laudibus Herculis:

Æſtus habet Cretam, pereunt ſylvæque lacuſque,
Graminaque & fontes Sauri: quamvis hactenus in libris Editis legatur *& fontes ſacri;* cui tamen lectioni ſe non repugnare fatetur. De Diana Dictæa ſeu Dictynna nuncupata, ſuperius egimus in nota ad Bondelmontium num. 65.

„ bitum latitudine complexu exuberantibus undis vidimus de-
„ fluentem. Sed quod potiſſimum belle mireque dignum
„ ſpectatione conſpexeram vivo in ipſo & ferro intractabi-
„ le ſaxo natura ipſa opifice, & ipſo domogorgone archi-
„ tecto ſpondalem ipſam circum & expolitam urnæ parie-
„ tem venarum ſemipedalibus ingentis ſuapte naturaliſtis
„ velut artifici manu variis purpureis crocis ceruleis glau-
„ cisque nitentem coloribus convexa inſinuatione depictam:
„ ipſam polycromatem ſub nubibus in ſolem mille vibran-
„ tem coloribus arcum, Junonim Iridem emularier inſpe-
„ ctares. Quo mirandiſſimo in fonte ſunt ex accolis circum-
„ ſtantes per vicos, & ἀγανοῦνα in villa Græca quorum re-
„ ligione ſacerdotes, qui noſtra ætate Dianam ipſam ſuis
„ cumque candentibus Nymphis albis depoſitis veſtibus,
„ nudas abluentes, quandoque vitreo ipſo ſub gurgite de-
„ mergere vidiſſe teſtantur.

Iis addere oportet, quas Janus Gruterus in Collectione veterum inſcriptionum, & Scipio Maffejus recolendæ memoriæ vir in ſuo Muſæo Veronenſi inſcriptiones afferunt in Girapetræ ruinis olim latentes. Hæc Gruterus pag. MXLVII. num. 7.

ΑΘΑΝΑΙΑΙ . ΠΟΛΙΑΔΙ
ΧΑΡΙCΤΗΡΙΟΝ
ΥΠΕΡ . ΤΗC . ΤΟΥ . ΠΑΤΡΩΝΟC
CΩΤΗΡΙΑC.

Deinde pag. MXCII. num. 9.

ΚΛΑΤΔΙΟΝ . ΣΕΝΟ
ΦΙΛΟΥ . ΤΙΟΝΑ ΠΟΛΙC.

Et num. 10.

ΑΡΙCΤΟΜΕ
ΔΗC . ΑΠΟΛ.

Mox

Mox pag. MXCIV. num. 7.

Α. ΦΛΑΟΤΙΟ
ϹΟΛΠΙΚΙΑΝΟΥ
ΤΙΟΝ. ΦΛΑΟΤΟ
ΔΩΡΙΩΝΩϹ. Τ
ΚΑΙ. ΑΝΤΙϹΡΑΤΙΓ
ΒΗΘΥΝΙΑϹ.

Utiliorem his adidiſſet epigraphen Clariſs. Maſſejus, niſi marmor ex injuria temporum confractum *mutilam* & *acephalam*, ut ipſe notat, exhiberet inſcriptionem; quam ex pag. XXXVI. Muſæi Veronenſis afferimus.

. . . . . .
ΕΤΕΑΝΩΡ ΜΕΛΑΝΘΥΡΩ
ΟΥΤΟϹ ΟΙΚΙΖΟΜΕΝΑϹ
ΤΑϹ ΙΕΡΑΠΥΝΑϹ ΑΚΜΑ
ΖΕΤΟΥΤ.... ΓΥΝΑΠΥΡΡΑ
ΚΑΙΤΕΚΝ..... ΝΕΩΝ
ΜΕΛΑΝΘΥ..... ΑΡΟϹ
ΕΧΟΙΤΑϹ..... ΤΑΙϹ
ΕΥΤΜΑΠΟΜ.. ΑΑΝΘΥΡΩ
..ΕΠΑΜΕΓΕΝΟϹ ΜΕΛΑΝΘΥΡΩ
. . . . . .

Eteanor Melanthyri filius. Hic floruit cum Hierapitna condita eſt. Uxor ipſi fuit Pyrrha, & filii.....Neon. Melanthyrus habeat..... A Melanthyro Etyma..... Melanthyri genus.....

Acephala, & mutila genealogia. Rariſſimum quidem, ac hiſtoricum monumentum, ſed cujus pauca verba ſuperſunt. A Hierapytna condita incipiebatur, antiquiſſima Cretæ civitate, de qua multa erunt dicenda alio loco.

Porro Hierapytnam conditam fuiſſe a Corybante, tradit Strabo lib. X. ut notat Meurſius.

Urbem hanc a Plinio, Ptolomæo, & Dione Caſſio memoratam, Epiſcopali dignitate poſt ejectam inanium Deorum ſuperſtitionem fuiſſe decoratam legimus in diſpoſitione Leonis Philoſophi Imperatoris; unicum tamen ejusdem Eccleſiæ Epiſcopum memoratum reperimus Euphronium nomine, qui

epiſtolæ Synodi Cretenſis de nece Sancti Proterii Alexandrini ad Leonem I. Imperatorem Conſtantinopolitanum datæ ſubſcripſit hoc modo: *Euphronius Epiſcopus Hierapytnæ.*

ECCLESIA LAPPÆ.

ARtacinam inter & Subritam jacet *Lappa*, ſeu, ut alii vocant, Lampæ urbs Cretenſis Inſulæ mediterranea. Ab Agamemnone originem, & a Lampo Tharræo nomen habuiſſe, ſcribit Stephanus Byzant. *Lampa Urbs Cretæ ab Agamemnone condita, & a Lampo Tharræo denominata.* Incenſa everſaque a Gnoſiis Lyto urbe, cives ejus, ut ait Polybius lib. IV. *ſe ad Lampeorum* urbem receperunt, a quibus humaniter, & ſummo ſtudio ſuſcepti fuere. Lappam a Metello, dum Cretam dominandi cupiditate invaſiſſet, vi captam ſcribit Dion lib. XXXVI. quī deinde lib. LI. refert Lampeos tempore Actiaci belli a Cæſare Auguſto libertate donatos fuiſſe, *præſtiti ſibi auxilii cauſa, inſtaurata etiam Lampeorum civitate, quæ everſa fuerat.*

Mutilatum quoddam monumentum a Lappæorum civitate olim erutum, affert Gruterus ex Pigafettæ Schedis in Collectione veterum Inſcriptionum pag. MXCI. 9. eſt autem.

Lappæ in Creta.

ΛΑΠΠΑΙΩΝ
Η. ΠΟΛΙΣ. ΤΟΝ. ΜΑΡΓΩΝ
ΑΤΡΗΑΙΟΝ. ΚΑΗ.....
ΟΙΠΠΟΝ.....
.....
.....

Integram hanc Epigraphen affert Cl. Mabillonius Tom. I. Muſæi Italici pag. 33. ubi mss. Bibliothecæ Venetæ S. Marci illuſtrat; cujus Eruditiſſimi Auctoris hæc ſunt verba: „ In vacuo folio cujusdam veterrimi codicis extat inſcriptio „ de Lappæo Cretæ oppido cum hoc titulo: *apud Cretam.*

ΛΑΜΠ-

» ΛΑΜΠΠΑΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙΣ. ΜΑΡΚΟΝ. ΑΤΡΕΛΙΟΝ.
» ΚΛΗΣΙΠΠΟΝ. ΤΕΙΜΗΣ. ΚΑΙ. ΜΝΗΜΗΣ. ΧΑΡ.

» Hujus inſcriptionis duo tantum priora vocabula leguntur » apud Gruterum, & apud eruditum Harduinum in ΛΑΠ. » ΠΑΙΩΝ.

Eadem prorſus epigraphe, quam ex Marciana Bibliotheca eruit Mabillonius, legitur accurate ſcripta in Codice Vaticano ms. 5237. ſuperius citato in nota ad Bondelmontium num. 22.

Reædificata itaque ab Octaviano Auguſto civitas Lappa cum Chriſtianæ fidei adhæſiſſet, erecta fuit in Epiſcopalem Sedem ordine ſeptimam, ut nobis etiam innuunt Græcorum Epiſcopatuum notitiæ.

I. Paulus in actis Oecumenicæ Synodi Epheſi anno 431. convocatæ memoratur hoc modo: *Paulus Epiſcopus civitatis Lampæ Provinciæ Cretæ dixit: Cum audiverim & invenerim epiſtolam ſanctiſs. & Deo dilectiſs. Epiſcopi Cyrilli conſonam expoſitæ fidei Patrum, qui convenerunt in civitate Nicæna, ei aſſentior, atque ita credo, & cupio in ea fide perpetuo permanere.* Anathemati deinde in Neſtorium lato ſubſcripſit.

II. Demetrius Epiſcopus Lappæ Concilio Chalcedonenſi ſub Leone I. Papa coacto anno 451. interfuit, cujus Concilii actis non ſemel Demetrius Epiſcopus Lappæ diverſimode enuntiatus reperitur, Lappæ, Lampæ, Lapetorum, Lappenæ civitatis Epiſcopus: legunt etiam aliæ actorum Concilii verſiones, Lapeti, Lapiſi & Lampſacis. In eo Concilio Demetrius cum aliis Patribus Dioſcorum damnavit, & ſacerdotii miniſterio privavit.

III. Prosdocius Epiſcopus Lappæ inter Cretenſes Epiſcopos reperitur, qui Leoni Imperatori Epiſtolam miſerunt; quæ numeratur LX. inter eas, quæ actis Chalcedonenſis Synodi appoſitæ ſunt.

IV. Joannes Epiſcopus Lappæ urbis anno 667. die 19. Decembris Indict. X. in Baſilica Vaticana ſupplices Vitaliano Papæ libellos dedit, eum obteſtans, ut ſententiam a Pau-

lo Gortynen. Archiepiſcopo adverſus ſe latam, & a ſuffraganeis Epiſcopis ſubſcriptam ad examen revocaret. Cauſa itaque Lappenſis Epiſcopi in Synodo, quam ipſius gratia Romæ convocaverat Pontifex, exacte diſcuſſa, Joannes injuſte ob ſibi falſa illata crimina damnatus Patrum ſententia pronuntiatur. Pontifex deinde gravibus ad Gortynenſem datis epiſtolis eum redarguit, quod Joannem ad Apoſtolorum limina provocantem e cuſtodia, qua detinebatur, non dimiſiſſet, eidemque Archiepiſcopo & ſuffraganeis in Cretenſi Synodo congregatis præcepit, ut Joannem in ſua ſede, & dignitate pro innocentiæ ſuæ merito reſtituerent. Paulo etiam Archiepiſcopo mandavit, ut eidem Joanni ejusque Lappenſi Epiſcopatui duo Monaſteria, Palea & Arſilli nuncupata, reſtitueret. Alias etiam, ut Joannes Epiſcopus ſuæ ſedi reſtitueretur, epiſtolas dedit Vitalianus Pontifex tum Vaano cubiculario, & imperiali chartulario, tum Georgio Epiſcopo Syracuſano, quas videre eſt in Labbeana Conciliorum collectione Tom. VII. col. 459 & ſeq.

In Conſtantinopolitana Synodo III. quæ inter Oecumenicas VI. numeratur, ſedit inter Patres Joannes Epiſcopus Lappæ.

V. Epiphanius Epiſcopus Lampæ inter Patres ſeptimi Oecumenici Concilii Nicææ coacti ſedit anno 787. Labbeus in Indice *Epiſcoporum & aliorum, qui Conciliis interfuerunt*, apparatu I. col. 1009. Epiphanium hunc non Lampæ in Inſula Cretæ, ſed Lampæ in Arcadia Epiſcopum facit; ſicuti & Theodorum, qui immediate poſt Epiphanium actis Concilii ſubſcripſit, Heracleopoleos in Armenia prima, non autem in Creta Inſula dicit Epiſcopum; at cum uterque conjunctim cum aliis Epiſcopis Cretenſibus actis Concilii ſubſcripſerint, haud difficile evincitur & Epiphanium Lampæ, & Theodorum Heracleopoleos Eccleſias in Creta Inſula ſitas adminiſtraſſe.

E C-

ECCLESIA PHŒNICIS.

STrabo lib. X. Geograph. Phœnicem Lampei nuncupatam collocat ad latus Auſtrale Iſthmi Cretenſis Inſulæ, Iſthmum autem vocant, ut notat Caſaubonus, anguſtam illam Cretæ partem, quæ in tabulis Ptolomæi viſitur inter Amphimalim & Portum Phœnicis ; utramque civitatem enim ab Homonymo portu cui adhæret, diſtinguit Ptolomæus. Hanc oppidulum eſſe, quod hodie Nichita ſeu S. Nichita nuncuparur, autumant Dominicus Niger, Baudrandus & alii; at cum locus unus ab alio diſtinctus enuntietur a Bondelmontio, & reponatur in Neotericorum tabulis, veriſimilius eſt aſſerere, civitatem Phœnicem ibi olim fuiſſe, ubi nunc oppidum ejusdem nominis viſitur ad litus auſtrale. Ad portum Phœnicis appuliſſe Divum Paulum Apoſtolum, dum Romam vinctus deduceretur, ſuperius diximus in notis ad Tractatum Bondelmontii. Non longe ab hoc portu in ardua ſummitate montium, ut notat Bondelmontius, Falconum & Aquilarum nidi proſpiciuntur, quibus Cretæ Inſula abundat. Sexaginta Aquilas, ut narrat Petrus Juſtinianus Hiſt. Ven. lib. X. in Creta Inſula captas Senatus Veneti nomine Ludovico XII. nuper Galliæ Regi delecto Oratores *ad eum gratulatum ire juſſi tulerunt*, ut eis *in aucupiis venationibusque uteretur*.

Inter ſuffraganeas Cretenſis Archiepiſcopi Eccleſias in notitiis Epiſcopatuum, quæ Hieroclis nomen præferunt, & a Carolo de S. Paulo in Geograph. Eccleſ. enuntiantur, Phœnix Epiſcopatus recenſetur, licet prætermittatur in iis notitiis, quas Leo Sapiens Imperator C. P. diſpoſuit, & a Miræo & Meurſio concorditer aſſeruntur. Leo Epiſcopus, Phœnicis legitur inter Antiſtites Cretenſes ſubſcriptus actis ſeptimæ Synodi Oecumenicæ, quam Adrianus Pp. I. Nicææ convocavit ; ex quo ſubſcriptionis loco facile eſt evincere Leonem non Phœnicis in Epiro veteri, ut notat Index ad

Con-

Concilia Labbei appar. I. col. 1067. ſed Phœnicis in Creta Inſula fuiſſe Antiſtitem. Nomen Leonis in ſubſcriptionibus præcedunt ſex, & deinde quatuor immediate ſubſequuntur Epiſcopi Cretenſes.

ECCLESIA HERACLEOPOLIS.

AD latus Septentrionale Cretenſis Inſulæ Heraclium collocat Ptolomæus ante Panormum, Strabo autem Heraclium, aſſerit, navale olim fuiſſe urbis Cnoſſi. Meminit hujus civitatis Plinius lib. IV. c. XII. Nullam ejusdem mentionem afferunt notitiæ Eccleſiaſticæ, ſive eæ quæ Leoni Sapienti tribuuntur, ſive illæ ampliores, quæ Hieroclis nomine notantur, & tamen in ſubſcriptionibus ad acta VII. Oecumenicæ Synodi in civitate Nicæna celebratæ inter Cretæ Præſules invenitur: *Theodorus Epiſcopus Heracleopolis*, qui (ut ſuperius notavimus) in indice Labbeano perperam traditur Epiſcopus Heracleopoleos in Armenia prima. Quum autem temporum vicibus Heraclium urbs mutato nomine, ab inſulanis, ut teſtatur Dominicus Niger lib. XI. Comment. Geograph. Sethia vocata fuiſſet, Epiſcopatus honorem etiam ſub Venetorum ditione continuavit, unde Epiſcopi Sithienſes. *Circumflexo Zephyrio*, (ita Niger loco citato,) *Septentrionale Inſulæ latus occurrit, ac initio magnus ingreditur ſinus, in cujus intima Heraclium eſt Gnoſii emporium, quod Inſulani nunc Setiam dicunt.*

In Menologio Baſilii Imperatoris memoratur ad diem 23. Decembris Heraclea urbs Cretæ patria Sancti Evareſti unius ex decem Martyribus Cretenſibus.

EC-

ECCLESIA SUBRITÆ.

INter Lappam, & Gortynam viſitur in Ptolomæi tabulis Subrita urbs Cretenſis Inſulæ mediterranea, quæ Sibytus a Stephano Byzant. & Subritum in notitiis Hieroclis a Carolo de Sancto Paulo allatis nuncupatur. Urbs olim Epiſcopalis, cujus duos Antiſtites affert Lequienius, qui ſunt:

I. Cyrillus Epiſcopus civitatis Subritæ, actis Chalcedonenſis Synodi inter alios Cretenſis Inſulæ Præſules ſubſcripſit; & ex Libratiorum errore in epiſtola Cretenſis Synodi ad Leonem Imperatorem data ſubſcriptus legitur Cyrillus Epiſcopus Subtuus; repoſuit tamen Baluzius ex mss. uti reperit, Subritis ſeu Subrites.

II. Theodorus Epiſcopus civitatis Subritenſium vel Subritorum, ſedit Nicææ in ſeptimo Oecumenico Concilio, cujus actis ſubſcripſit: *Theodorus Epiſcopus Subritenſium*.

ECCLESIA APOLLONIÆ.

INter inſignia Inſulæ Cretenſis oppida Apolloniam enuntiat Plinius, ex qua Diogenem Philoſophum prodiiſſe refert Laertius. Quamvis in omnibus Græcorum Epiſcopatuum notitiis prætermiſſa fuerit, Epiſcopali attamen dignitate ornatam fuiſſe aſſerunt Meurſius & Lequienius, eo quia in actis Chalcedonenſis Concilii, ſcilicet in actione I. & II. enuntiatus legitur inter Præſules Cretæ Inſulæ Euſebius Epiſcopus Apolloniæ. At Labbeus in Indice Conciliorum Tom. I. Appar. col. 901. diverſimode de Euſebii Epiſcopatu ſentit; Apolloniæ enim in Epiro Nova, (quæ urbs dicitur Epiſcopalis in notitiis Græcis) eum affirmat Epiſcopum, eo quia ejusdem Concilii actione quarta inter Epiſcopos Novæ Epiri recenſeatur ſecundo loco *Euſebius Reverendiſſimus Epiſcopus Apolloniæ*. Actione autem ſexta ipſius Synodi rurſus

inter

inter Epiſcopos Cretæ ſubſcribentes viſitur in medio eorum poſitus *Euſebius Epiſcopus civitatis Apolloniadis*. Dum autem actione XV. recenſentur Epiſcopi Synodo præſentes, ponitur tertio loco inter quatuor Epiſcopos Provinciæ Metropolis Epiri *Euſebius Apollonienſis*. Novum aſſertioni Labbei accedit robur ex ſubſcriptione epiſtolæ, quam Leoni Imperatori C. P. miſerunt Epiſcopi Novæ Epiri, inter quos ſubſcriptus legitur *Euſebius Epiſcopus Apolloniadis*. Epiſtolam vulgavit Labbeus poſt acta Concilii Chalcedonenſis num. LIX. cui ſubſequitur alia jam ſæpe citata epiſtola Epiſcoporum Cretæ ad ipſum Leonem Imperatorem miſſa, in cujus ſubſcriptionibus nullus Euſebius Epiſcopus invenitur. Quum igitur ex adductis videatur Euſebium Epiro Novæ, potius quam Cretæ adjudicandum eſſe, & Eccleſia Apolloniæ Cretenſis in Græcis notitiis omnino prætermittatur, haud immerito argui poſſet, urbem ſeu locum hunc Epiſcopali dignitate caruiſſe: cujus quidem rei judicium Criticis eruditis relinquo.

ECCLESIA ELEUTHERNÆ.

PTolomæus in tabulis Geograph. Eleutheram ponit Cretæ Inſulæ Mediterraneam non longe a Gortyna Metropoli, quam Stephanus Byz. antea Satram nuncupatam fuiſſe, aſſerit. Meminit Eleuthernæ Athenæus lib. XIV. ex veterum authoritate ſcribens, *Ametorem Eleuthernæum primum apud Eleuthernæos cantiones amatorias ad citharam cecinisse*. Eleuthernæos bellum Rhodiis indixiſſe, eo quia Timarchum civem ſuum occidiſſent, & Gnoſſiis triremes miſiſſent in belli auxilium, narrat Polybius lib. IV. Dion Caſſius autem Roman. Hiſtor. lib. XXXVI. refert Metellum Proconſulem bello Cretico *Eleutheræ urbi per proditionem acceptæ (ejus proditionis authores turrim lateritiam magnæ molis expugnatuque longe omnium difficillimam aliquot noctibus continenter ita aceto madefecerunt, ut perfringi poſſet,) ſtipendium imperaſſe*. In noti-

notitiis Hieroclis Grammatici Eleutherna Cretæ inter Epiſcopales urbes affertur, cujus fuerunt Epiſcopi:

I. Euphrates *Epiſcopus Eleutbernæ* enuntiatus legitur in prima ſecunda & tertia actione Concilii Chalcedonenſis, at in exemplari *geſtorum habitorum Conſtantinopoli* recenſetur his verbis: *Euphrates Reverendiſſimus Epiſcopus Eleutheropolis provinciæ Cretæ*. Damnavit deinde cum cæteris Patribus in eodem Concilio Chalcedonenſi congregatis Dioſcorum impiiſſimum Patriarcham Alexandrinum. In actione quarta ejusdem Synodi *Euphrates Reverendiſſimus Epiſcopus Eleutbernæ tenens etiam locum Pauli Reverendiſſimi Epiſcopi Cantanorum* orthodoxos fidei ſuæ ſenſus expoſuit, eosque deinde in actione ſexta ſubſcriptione ſui nominis appoſita confirmavit.

II. Epiphanius *Epiſcopus Eleutbernæ* ſubſcriptus legitur actis Synodi Oecumenicæ ſeptimæ in Nicæna civitate coactæ.

ECCLESIA CHERONESI.

DUas ejusdem nominis urbes Cheroneſum ſeu Cherſoneum nuncupatas, affert in Geograph. tabula X. Europæ Ptolomæus, quarum unam ad Occidentale, alteram ad Orientale Cretæ Inſulæ litus collocat. Et duas pariter Cherſoneſos recenſet inter antiquas Cretæ civitates Bondelmontius, de ſitu tamen ipſarum diſſentiens; ſiquidem alteram inter Septentrionales, alteram vero inter mediterraneas collocat. Eas optime diſtinguit Domin. Niger lib. X. Comment. unam enim Cherſoneſum abſolute, alteram Cherſoneſum parvam appellat: *Ac paulo inde Olus oppidum antiquitas delevit. Nec multo poſt Cherſoneſus eſt, ubi Lycti emporium, pagus nunc, diciturque Paleocaſtrum* (quo nomine etiam Minoam urbem nunc ab incolis vocari ſuperius ſcripſit) *cernuntur quippe ibi vetuſti ædificii paſſim plura veſtigia: ubi Britomartis ædes ſacra erat: de qua Solinus.... Inde altiſſimus mons pluribus collibus diſtinctus in Cherſoneſi modum, cujus extrema Zephyrium appellatur ..... Panormus oppidum quod*

modo Mirabellum dicitur, in medio pene curvati littoris ſitum, a quo paululum Cherſoneſus parva prominet. De Cherroneſo ſcribit Strabo lib. X. *Lycti cujus ſupra facta eſt mentio, navale eſt, quod Cherroneſus dicitur, inque eo Britomartis Templum.* Idipſum affirmat Pauſanias Eliac. II.

Unam ex iis urbibus (primam veroſimiliter, quæ *Lycti* erat *emporium*) Epiſcopali titulo decoratam, & Gortinenſi Archiepiſcopo ſuffraganeam ſtatuunt Notitiæ Græcorum Epiſcopatuum, quam haud ægre agnoſcimus eam fuiſſe, quæ etiam ſub Veneta Dominatione ab Epiſcopis Latini ritus adminiſtrata fuit, & in ea Inſulæ parte ſita erat ad Septentrionem, ubi poſtmodum Spina Longa arx munitiſſima fundata fuit, locusque ipſe in Gerardi Mercatoris, aliorumque Neotericorum tabulis Creſonello oppidum nuncupatur. Ejus urbis Epiſcopi fuerunt.

I. Anderius Epiſcopus civitatis Cheroneſi Provinciæ Cretæ, ita ſubſcriptus legitur in actione prima Sacroſanctæ Synodi Epheſinæ anno 431. adverſus Neſtorianam hæreſim convocatæ: *Sanctorum Patrum fides, qui apud Nicæam aliquando convenerunt, perinde ac pretioſum quoddam unguentum per Cyrilli ſanctiſſimi, piiſſimique patris noſtri epiſtolam adapertum majori fragrantia nos affecit. Quare & ego eundem fidei ſenſum, eandemque mentem obtinenti ſubſcribo, & ita credo, & in hoc tota vita perpetuo perſeverare deſidero.* Depoſitioni deinde Neſtorii ſubſcripſit: Anderius provinciæ Cretæ civitatis Cheroneſſi Epiſcopus.

II. Euphrata Epiſcopus Cherroneſi in Synodo Provinciali Cretenſium Epiſcoporum ſubſcripſit epiſtolæ ad Leonem Imperatorem miſſæ: Euphrata Epiſcopus Cerſoviſſi.

III. Siſinnius Epiſcopus Cheroneſi Cretæ Inſulæ interfuit Concilio Conſtantinopolitano, quod Quiniſextum dicitur, eo quod Epiſcopi in eo ſedentes ediderint promulgarintque CL. Canones (ſemper tamen ab Eccleſia rejectos) ad ſupplementum, ut ajebant, Quinti & Sexti Concilii Generalis.

Actis

Actis ejus Concilii ſubſcripſit deinde hoc modo: *Siſinnius indignus Epiſcopus Cherrboneſi Cretæ Inſulæ definiens ſubſcripſi.*

IV. Siſinius II. Cherſoneſi Inſulæ Cretæ Epiſcopus nomen ſuum appoſuit ad acta Septimæ Synodi Oecumenicæ, quæ eſt Nicæna ſecunda, inter alios Cretæ Epiſcopos, *Siſinius Epiſcopus Cherſoneſi ſimiliter.*

V. Petrus Colettus Cyprius Cherſoneſi Epiſcopus in Creta memoratur a Leone Allatio lib. 3. de conſenſ. cap. inter Græcos Epiſcopos, qui a Schismate alieni, & Catholico dogmati adhærentes, e Collegii Romani diſciplina ſub nuperi ſæculi initiis prodierunt.

ECCLESIA CYDONIÆ.

MAximam & nobiliſſimam Cretæ urbem Cydoniam vocat Strabo lib. X. eamque in occiduis Inſulæ extremitatibus ad mare e regione Laconiæ ſitam eſſe aſſerit æqualibus ſpatiis ad DCCC. ſtadia a Gnoſſo & Gortyna diſtantem.

Hanc autem diſtantiæ æqualitatem refellit in notis ad Strabonem Caſaubonus, qui ex Scholiaſte Thucydidis Cydoniam a Gortyna ad M. Stadia procul eſſe teſtatur. Apolloniam remotiori ævo nuncupatam fuiſſe, ſcribit Stephanus Byzant. novumque deinde nomen a Cydone Apollinis filio ſuſcepiſſe: *Cydonia Urbs Cretæ prius Apollonia dicta: ab Apollinis filio Cydone, & Acacallidis Minois filiæ.* Cydonis hujus non Apollinem, ſed Mercurium Patrem ſcribit Alexander lib. I. Creticorum, citatus a Scholiaſte Apollonii lib. IV. Pauſanias vero in Arcadicis, ſic de ipſius urbis nomine refert: *Ajunt vero & de Tegeatæ liberis ultro in Cretam migrare oportuiſſe, Cydonem, Catreum ac Gortynem, a quibus urbes nominatæ fuerunt Cydonia, Gortyn, & Catrea.* Herodotus a Samiis ædificatam fuiſſe aſſerit lib. III. Diodorus Siculus ejus fundatorem affert Minoem Regem, qui eam a fundamentis erexit & civibus frequentavit.

Bellicam virtutem, qua Phalæcum Phocæorum Principem

ejusque exercitum, dum ipsorum urbem obsideret, Cydoniatæ profligarunt, describit Pausanias in Phocicis, & Strabo in Geogr. dum Gnossios Gortyniosque inter se *discordantes* recenset, *utri* eorum *parti*, ait, *Cydonia accederet, ei maximum adferebat momentum*. Quin & solos Cydoniates adversus Gortynios, Gnossiosque bellum gessisse testatur Titus Livius lib. XXXVII. Et quidem summa sagittandi peritia gloriabantur Cydoniatæ, unde in proverbium transierunt Cydoniæ pharetræ, de quibus Ovid. lib. 8. Metamorph.

Armaque equosque habitusque Cydoniasque pharetras.

Cydonias sagittas memorant Q. Horat. lib. 4. od. 9. D. Auson. epis. 21. Papin. Statius lib. 4. & 6. & 7. Thebaidos, & Claudianus in poemate de Histrice:

- - - - - - Quidquid procul appetit hostem
Hinc reor inventum, morem hinc traxisse Cydonas
Bellandi.

Cydoniam memorat Dion lib. XXXVI. dum Cretensem Insulam a Romanorum armis sub Metello occupatam enarrat, eamque postea lib. LI. libertatis jure a Cæsare Augusto donatam asserit tempore Actiaci belli, eo quia sibi adversus Antonium bella gerenti Cydonii auxilium tulissent.

Fertilis Cydoniæ ager arbores fructiferas alebat, ejusque poma ad medicinæ usum saluberrima testatur Samovic. Serenus lib. de Medic. cap. 25.

Vel quæ poma Cydon Cretæis misit ab oris
Cocta teres.

Urbem Cydoniam ita describit Dominicus Marius Niger Venetus in Geographiæ Comment. XI. *Post quam* (Chersonesum) *in sinu Cydon mater urbium, ut Græci dicunt, ampla quondam ac illustris portum habens haud profundum, tamen nec magnarum navium capacem, quæ urbs Cania* (Canea) *nunc a junioribus appellatur. A Cydone tunc dicta, Eusebio teste, qui ea tempestate in Creta regnum habuit; Diodorus a Minoe ædificatam inquit, ubi primum de pecudum cornibus arcus curvati sunt. Herodotus a Samiis conditam, difusam pro-*

spectans

ſpectans planitiem, quam ſecat Jardanus fluvius ad occaſum urbis mare intrans. Nam Homerus Cydones Jardani fluminis accolas dicit. Abeſt Cydonia pari intervallo ab Cnoſſo & Gortyna X. mil. paſs. Agit quoque de Cydonia Urbe in epiſtola prima ſui Orientalis itineris Pittonius de Tournefort.

Uti in profanis rebus, ita & in ſacris enituit Cydonia inter alias Cretæ civitates, ſiquidem ex ea ortum habuerunt duo fortiſſimi Chriſti Athletæ, Baſilides Martyr ex Martyrum Cretenſium venerabili Decade, & Nicolaus ex Ordine Acæmetorum Archimandrita Studitarum, qui etſi Martyris titulo careat, quia in pace curſum ſui certaminis explevit, attamen per multas, quas ab Iconoclaſtis pro ſacrarum imaginum cultu toleravit, paſſiones, ſatis oſtendit ſibi animum non defuiſſe ad agonem martyrii conſumandum. Vitam ſanctiſſimi viri concinnavit anonymus quidam Monachus Studita, eamque Franciſci Combefiſii opera Latine verſam retulit in actis Sanctorum ad diem IV. Januarii Clariſs. Vir Joannes Bollandus.

ὕδωρ ποταμῶν, τάγμα τῆς ἐκκλησίας,
τὰ παύτα κοινῇ συγχάρητε δεσπότῃ.
ἀγαλλιάσθω πλῆθος ἀστέρων ἄνω,
χορευέτω δὲ τάξις ἀγγέλων, ὅτι
τὸ δυσπρόσιτον θηρίον κατεσφάγη,
τὸ δεινόμορφον κῆτος αὐτανηρέθη

τὸ δυσκάθεκτον * στραῦμα γῆς αὐεστάλη.
κήρυξον αἰθὴρ τοῦτο πᾶσαν εἰς χθόνα,
βόησον, ἀστὴρ ἥλιε, τρέχων ἄνω
τοῖς βαρβάροις νῦν τὴν σφαγὴν τῶν βαρβάρων.
γνώτωσαν ἔθνη, καὶ πόλεις, καὶ χωρία
τὸ τοῦ μεγίστου Ρωμανοῦ νέον κράτος.
μάθωσιν αὐτοῦ τοὺς ἀκοιμήτους πόνους,
οἵους δι' ἡμᾶς ἔσχεν ὁ στεφηφόρος.
λάβωσιν αὐτοῦ πεῖραν ἐκ τῶν πλησίον,
πρὶν ἢ πρὸς αὐτοὺς ὁ σφαγεὺς αὐαδράμῃ.
τῆς Ἀφρικῆς γῆς φρίξατε ξιφηφόροι.
ταράσσεται γὰρ Ταρσεωτῶν ἡ πόλις.
ἀραὶ παλαιαὶ, Ἀράβων φυλὴ, λάβῃς
δουρὶ κραταιοῦ Ρωμανοῦ. πλὴν εὖ τάχει
τῶν δελεμιτῶν βελεβιτῶν τοὺς τόπους
πείσει καλεῖσθαι σὸν βέλος, σκηπτροκράτορ.
Ἀιγυπτίων δὲ χαῖρε γύπες σῷ ξίφει
σάρκας καταβρώξουσι τὰς ἀσυστάτους.
Χαυδᾶς ὁ χανδὸν γῆν ὅλην λαβεῖν θέλων,
χαυὼν αὔαυδος συμφορᾷ Κρητῶν μεθει.
ὦ Χριστὲ Πατρὸς τοῦ πρὸ αἰώνων τέκνον,
ὅιον ** παρέσχου σῷ στεφηφόρῳ κλέος.
τίς αὖ στενάξῃ τὸν Πολυξένης τάφον;
τίς τὴν Φρυγῶν ἅλωσιν; ὦ χορὸς νέων,
ὅσοις Ὁμήρου φροντὶς ἡ τῶν σκεμμάτων,
μὴ τοῖς λόγοις κλέπτεσθε τοῦ γεροντίου,
μὴ τοῖς κτύποις θέλγεσθε τοῦ *** μυθοπλόη.
ψευδῇ γὰρ ἱστόρησεν εἰ καὶ παυσώφος,
ὁ πηρὸς ὡς θέλγητρα τοὺς λόγους ἔχων.
Κρήτης κροτεῖτε τὴν ἅλωσιν, ἣν χρόνος
καθεῖλε δουρὶ τῶν σοφῶν αὐακτόρων.
Κρήτης ἐκείνης τοῦ Διὸς τῆς πατρίδος,
Διὸς τυραύνου, δαίμονος ψευδωνύμου,
ὃς ἔυρε τὴν κάμινον ἀλλ' αἰωνίαν,
αὐθ' ὧν ἑαυτὸν ἦν θεὸν **** στήγας κάτω.
αὐθ' ὧν ἔπλησε γῆν σφαγῆς μιασμάτων.
αὐθ' ὧν ὑπῆρξεν ἐυρετὴς παθημάτων.
ταύτης ὁ κλεινὸς ὁ γλυκὺς Ρώμης κλάδος,
ὁ παγγάληνος, ὁ σφαγεὺς τῶν βαρβάρων,

ὁ παν-

* scribe στραῦμα. ** potius παρέχει.
*** forte μυθοπλάτου. **** lego στήγα.

ὁ παυσίβακτος καὶ διώκτης Συρίας,
* τοὐτὴν καθ' ἡμῶν φλεγμονὰς πυρεκβόλους
πέμπουσαν ἐκράτησεν. ὦ μέγα σθένος
ὦ δίσομα τέλκογχα, δίσομα ξίφη,
βέλη δὲ τὰ τέλκογχα, παγχάλκια κράνη,
τὰ τὴν σφαγὴν δράσαντα τῶν ** μιαὶ φόνων,
ἢ τοὺς φόνους σήσαντα τοὺς καθημέραν,
οὓς εἶχεν ἡ θάλασσα λησταπωτήρους.
ὦ πετροτόμων σφενδονῶν στροφουργίαι,
ἵππων φεμακυμός, ὀξύτης ἀκοντίων,
σπάθηστε, καὶ θώρακος, ἀσπίδος τύπε,
ἃ γῆν κατεδάφισε βαρβαρουμένην,
ἃ δεσπότῃ δέδωκεν αὐτὴ φαρμάκων,
καὶ κόσμον ἐξέσωσε τῆς τυραννίδος.
ὦ ναυσολήσαι *** πνεῦκα μυελὰ σκάφη,
καὶ πομπὸς ὀφθεὶς ἄβλαβὴς τοῦ δεσπότου.
ὑμνήσομεν ὦ γῆ πᾶσα νῦν τὴς Συρίας,
ἔχουσα τὸν σὸν τῆς βοῆς πρωτοστάτην,
τὸν σὸν πλανήτην, οὐ προφήτην, Μωαμεθ,
ὃν τὸν χιτῶνα μυελὰς αἰσχρουργίας
πεφυρμένον κρύπτουσιν οἱ δούλης γόνοι·
κρύπτουσιν ὡς ἄσπιλον ἐσπιλωμένον·
ἴχουσιν ὡς ἄχραντον ἐγκεχραμμένον.
ἴδου γὰρ ὄντας ἐκ μιασμάτων ἄγυ,
καλοῦν ἄχραντον τοὺς ξενοτόρους ἄγους.
χόρευε λοιπὸν Ἀφρικῶν Σικελία,
εὐκυγελίζου πᾶσι τὴν εὐθυμίαν·
ἐλευθεροῖ σε συντόμως ὁ δεσπότης.
χόρευε, γῆ, χόρευε Ρωμαίων ὅση,
ὡς ὑπὸ ζυγὸν ἐξ αὐχένων σέφη,
ὡς ἐπλάτυνας εἰς τὰ πατρῶα **** πλάγη,
ὡς ἐκράτησας τῶν πάλους κρατουμενῶν.
εἴθε προκύψοις τοῦ τύφου, Κωνσταῦνε,
εἴθε σκοπήσας ὡς ἔχει τὰ Συρίας·
ἔγνως ἂν ὑὸν ὡς Φίλιππος ἱππότην,
καὶ τοῦτον, εἶπες, ὦ τέκνον ***** ζήσει κράτος,
οὐκ ἀσκετόν σοι γῆς ὅλης, καὶ γὰρ κράτος.
****** Κρητῆς γὰρ ὄιος τῶν ὁδοιμάτων σόνος;

ὄιος

* τοὐτὸν. ** Scribo μιαιφόνων. *** melius πεῦμα.
**** lego πολλῶν. Expende tamen. ***** ζήσει.
****** lego Κρήτων.

ὅιος σπαραγμὸς, γυμνὰ Ρωμαίων ξίφη,
ὅταν κατεῖδον ἔνδοθεν πυργωμάτων,
ὅταν κατεῖδον τέκνα μικρὰ μητέρας,
τὰς μὲν βρόχοις ὄπισθεν ἐστρεβλυμένας,
τὰς δὲ πρὸς αἷμα καὶ κόνιν πεφυρμένας,
τὰς δὲ στοιχηδὸν εἰς σφαγὴν προκειμένας;
ἐκεῖ τὰ τέκνα πατέρας, καὶ πατέρες,
παῖδας κατησπάζοντο, καὶ κοινὴ ξίφος
κρούνηδον ὁρμαῖς ἔβρεχον τῶν αἱμάτων.
ὑπῆρχε θρῆνος, ὃν βοὴ τορθουμένων.
οὐκ ἦν προφήτης ἰσχύων, οὐ δὲ σπάδη.
αὕτη γὰρ ἐχθροῖς ὡς θεὸς τιμωμένη.
ἐκεῖ γέροντες εἰς φυγὴν ὡρμηκότες,
ὄπισθεν ἐπλήττοντο τοῖς ἀκοντίοις.
ἐκεῖ νέους φεύγοντας ἢ χιτωνίων
ἄζωστος θὶς ὀλισθον ἐκλωδε τάσις,
καὶ συμποδισμὸν ἐμπαρεῖχεν ἀξίως
νόμος παλαιὸς πατρικὸς τοῖς βαρβάροις.
τῶν οὖν στρατιωτῶν ἦν ὑπηκόοις νόμος,
καὶ τοῦτο τῆς σῆς προστυχὴς σκηπτροκράτορ,
μὴ πρὸς γυναῖκας πορνικῶς καθυβρίσαι,
μή πως τὸ σεμνὸν εἰς ἀβαπτίστους κόρας
βάπτισμα χραυσθῇ, καὶ μολυνθῇ σου στόλος.
τοσοῦτον ἐφρόντιζες οἰκετῶν, ἄναξ,
ὡς μέχρι λεπτῶν προφθάνειν σου τοὺς λόγους,
καὶ μέχρι τούτων συντεθεινοῦσθαι φίλοις.
καὶ γὰρ φίλος σοι πᾶς κρατῶν τὴν ἀσπίδα,
καὶ πᾶς ὁ τείνων τὴν μάχαιραν ἐν μάχαις,
καὶ πᾶς ὁ φεύγων τὴν πικρὰν δειλανδρίαν.
οὕτω τεραγμὸς εἶχε Κρητῶν τὴν πόλιν,
τὴν οὖσαν, ὡς πρὶν καὶ πάλιν Ρώμης πόλιν.
πόλιν ποθητὴν, τὴν ἐπιρμένην πόλιν,
τὴν ἐξάκουστον, τὴν πολύπλουτον πόλιν.
ἤκουσε Ταρσὸς, καὶ κατασκάπτει τάφρους,
καὶ πύργον ὑψοῖ, καὶ σιδηροῖ τὰς πύλας,
καὶ ταῦτα ποιεῖ, συμφορὰς αἰλοτρίας
τὸ μέλλον αὐτῇ προβλέπουσα φορτίον.

ΤΕΛΟΣ.

EX-

EXPUGNATIO CRETÆ.

HÆC a me, o Magiſtrorum Sol, & Romæ ultor, elaborata quidem fuerunt antehac de Creta, non autem edita: illud quidem, ne ab annis tua trophæis parta oblivioni tradantur præclara geſta; Quæ enim fortitudo gerit, obſcurat tempus, ni ſermo præveniens ea ſcriptis mandarit. Non edita autem fuerunt metu, & tremore, & quod multa inferiora erant, & a præclaris tuis facinoribus ſuperabantur. Accipe igitur, etſi dignitatis ſint inferiores, Theodoſii ineptias, & de everſione atque expugnatione Chalepe * ſcribere permitte. Sic enim alacrior factus, rerum tuarum geſtarum quantum licet ſcriptor fiam. Achilles enim, & Macedonum (Rex) Alexander, & qui poſt eos Imperatores fuerunt optime magnam gloriam a ſcriptis usque etiam ad hoc tempus aſſecuti ſunt. Et ille quidem ab Homero, hi vero a Plutarcho aliisque usque modo laudantur & celebrantur. Jamborum itaque initium ad veterem noſtrum Imperatorem quodammodo pertinere videtur; laudum vero ſumma ad quem, ſcies illico.

EX-

* *Alepum* antiquis Berroea. καὶ τὸν Λέοντα δὲ τὸν Φωκαῦ τὸν τοῦ Νικηφόρου ὁμαίμονα κατὰ τοῦ Χαμαδαῦ, ὃς τοῦ Χάλεπ ἐκράτει, ὁ Ρωμανὸς σὺν δυνάμει ἀπέστειλε. *Leonem quoque Phocam, Nicephori fratrem Romanus cum exercitu contra Chamadam, Chalepi Dominum miſit.* Zonaras in Ann. lib. XVI. Quid vero hic de Chalepe, quum de Creta loqui poeta noſter ſtatuerit?

EXPUGNATIO CRETÆ

elaborata

PER THEODOSIUM HUMILEM DIACONUM

HUMANISSIMO AC POTENTI IMPERATORI ROMÆ.*

Roma antiqua, ne invideas Domino **
Duces tuos conferens cum nova.
Inani enim impetu, & fruſtra Scipio
Divitias expilavit gloriæ omnes.
Vis enim erat aliqua potiusquam robur validum Carthaginis,
Quando adveniens infinitorum gladiorum prœlio,
Calamitates intulit civitati quæ expugnabatur.
Quis fuit Sylla audax militum Dux,
Qui Athenarum incenſam civitatem
Evertit ab ipſa cæde victam?
Quis fuit Cæſar, qui exercituum currebat
Per inevitabiles conflictus quotidie?
Quis fuit ille qui victus fuit in claſſe,
Et victores viciſſim cepit ligno?
Non fuit Dux alius Dominus,
Etſi divitias colligens excurſiones fecerit Pompejus, ***
Ut his armatus prœliis adſtaret;
Et exhiberet duplicis fortunæ illuſtres coronas.
Tu vero, qui ſtrepis, Homere, ſuperbos ſtrepitus,

* Romano Juniori.

** Δεσπότης *Dominus*. titulus Imperatoribus peculiaris, ut apud Ducang. in Gloſs. Gr.

*** Supra verbum Πομπίος Pompejus in Cod. ſcribitur ἤ.... Κῆσαρ ὁ μέγας. Expende. Carmen primum male ſe habet, & ſenſus ſalebroſus eſt valde. Num legendum? οὐκ ἦν στρατηγὸς ἄλλος ὡς ὁ δεσπότης, & vertendum potius: *Non erat Dux alius ſicut Dominus, &c.*

Parvaque extollis, huc adſis, minimeque decipiens verbis
Loquere nobiscum tranquille cum verecundia.
Obſidionis enim decennalis agitatio
Parva jam eſt apud nos, & plena dedecorum.
Ilii enim turritas domos
Ab ejus reliquiis noſcentes
In admirationem, & riſum coincidentes
Modo quidem ridemus propter complexionem mendaciorum
Modo autem rurſum plaudimus propter verborum ambitum.
Sed, o ducum crater, miſcens
Actiones humiles cum elatis verbis,
Judica ipſe, & perſonarum reſpectum
Omittens veterem, inſtar ſtateræ fias
Domini autem & mortuus plaude verbis:
Ubique miſſis prudentibus expeditionibus.
Parvi enim nobis eſt exercitus Græciæ:
Parvi ſunt phalanges; infirmi Duces,
Ajax, Achilles, Ulyſſes, Diomedes,
Quibus gloria multa, & Deorum falſo ſic appellatorum
Contentio afferens colloquia,
Male diſcerpebat a ſpe.
Sed ſi tibi placet veritatis potius ſemitis
Bene incedere, quam male circumcurrere,
Hic ceſſa a cladibus Ilii;
Cretæ tragice canens fluvia ſanguinis.
Ubi enim primum venit exercitus Domini
Multis velocibus navibus munitus,
Terra quidem ſuſpirabat barbarorum,
Et vicinum mare averſa eſt:
Dux vero miſſus Nicephorus
Sciens ſeſe pugnæ exercere primum munus,
Siſtit phalanges gladio armatas omnes,
Siſtit acies, & cohortes, quadrato agmine procedentes.
Fulſit clypeus, & acutus enſis,
Thorax adverſus hoſtes radios emittebat,

Haſta

Haſta apprehenſa terribilem refulgebat mortem.
Poſtquam autem omnes ab aquis vidit,
Et a maximis tempeſtatibus incolumes;
Medius ſtans, aperuit ad Deum os.
Ecce exercitus tuus hoſtium
Finibus adſtans, conditor creaturarum,
Tuos adverſus inimicos cepit arma,
Et te eis opponit infinitarum turrium.
Solventem vincula glorioſum Ducem.
Dilata eorum ad pugnam corda:
Expelle ab eis acerbam timiditatem:
Confunde hoſtium prophetarum verba:
Oſtende quis ſit Petrus, & quis mendaciorum ſtructor,
Camelos edere permittens,
Fornicatores efficiens barbaros,
Pſeudopropheta proditus calliditate.
Sic clamavit, & accepto clypeo
Concionando compellavit commilitones:
Viri, duces, filii, conſervi, amici,
Romæ vires, Domini fidi amici:
Hic etenim vos filios, & amicos habet,
Verbis admonens, haud cogens laboribus.
Aſpicite hos mari cintos locos:
Aſpicite plures amabiles inſulas circumcirca:
Romæ erant patriæ domicilium,
Et Dominorum terra. Verumtamen irrepens deſidia,
Et ſegnities effecit terram alienam,
Nutrientem hoſtes, & filiis carentem.
Quapropter eamus fortiter adverſus barbaros:
Capiamus in gladio civitates eorum,
Uxores, & filiorum filios.
Nemo timeat jacula barbarorum:
Nemo paveat vulnera ardentia pugnæ:
Nemo quod eſt acerbius extremam noxam.
Si enim balneo aliquis accepto cruento

In ſanguine abluetur inſolentium barbarorum,
Lavat corpus fluviis ſanguinis,
Et illuſtris e terra tollitur victor.
Quod ſi ei filii, & bona ſunt,
Patris nomen in poſterum Dominus aſſumens,
Ipſe ejus curam geret, & filiorum,
Et uxoris ; de hoc ne timeat.
Solum pulſet in conflictibus clypeum:
Solum alacriter acutam protendat haſtam:
Solum appareat more patrio armatus:
Solum Romæ ne dedecore afficiat imperium.
His verbis cum alacres milites effeciſſet
Vir fidelis in prœliis Nicephorus,
Leones tanquam monticolas eos emiſit,
Omne quatientes Creticum ſcelus;
Nec vero ſegniter, aut ſine duce.
In mediis enim ipſe equitibus armatus
Lato, & acuto gladio,
Qua quidem percutiens ſequebatur mirum in modum,
Qua vero rurſum ignem immittens flagellum domibus.
Quum autem omnes fuiſſent ad portas,
Hinc, & illinc peſtifere excurrentes,
Fletum tunc miſerabilem, fugamque videre erat,
Et acerbum ſpectaculum, calamitates hoſtium.
Jacebat enim turba in pulvere uno
Virorum ſimul, & mulierum miſere interfectorum:
Illic filii ad occiſionem properantes
Cadebant humi a pedum conculcatione:
Illic ſenes a tempore incurvati
Lubricitatem obviam habebant cadentes;
Et rubrum tingebat gladius capillum,
Quem album tinxerat tempus:
Illic mulieres ulnis deorſum infantes
In terram projiciebant, & ut amorem prolis deponerent
Matres urgebat periculum.

Accen-

Accendebatur etiam ignis; refulgebant gladii;
Rubefaciebat terram ſanguinis fons;
Et Cretæis in locis erat mixta,
Sicut color novus, tricolor ultio.
Quum autem Cretenſium alii cibus avium
Jacerent mortui, & ſpiritu carentes.
Alii vero, qui mortem equorum celeritate
Effugerant, introducerentur intra portas:
Ille quidem ingreſſus portas ob timorem
Stertebat, hoſtis fuga præfocatus:
Dux autem percurſa omni regione,
Et altera quidem parte ad comburendum ſecando circum exſciſſa
Altera autem gladio data, & everſis urbibus,
Equitavit ſtatim ad flexum retro;
Et quum celeriter veniſſet ad navium ſtationes,
Intus cohibuit exercitum cum difficultate:
Et navibus alligatis, terræ eas largitur educens,
Infidum benefactorem ſciens eſſe mare.
Ibi autem quum permanſiſſet tribus diebus,
Equitatum parabat, atque equitem;
Et loco dextere obſervato
Poſuit innumeram multitudinem artificum,
Atque e terra erexit turritam
Urbem ad cuſtodienda tentoria exercitus.
Homere, huc adſis, & rurſus cum verecundia
Græcorum prædica propugnacula,
Quæ Hectoris manus, & conſilium ſubvertit,
Inſtar aranearum ab exercitu (Græco) exſtructa.
Dum igitur fornaces alii e fabris
Circumardentibus accendebant lapidibus,
Alii converſionibus laborioſe operabantur contrariarum volutationum
Vectibus projicientes in foveam ſaxa:
Cretici dracones montivagi,
E convallibus excurrentes, in unum
Conſilium conveniebant ſuæ ipſius cædis;

Et

Et cum exercitu quidem congredi minime feliciter ſibi cedere pu-
Terrebat enim eos exercitus haud ſecus quam telum. (tabant,
Aggredientes autem artifices ferociter
Cadunt humi a conſilio artificum.
Tui enim eis inſtar ducis ſtudium
Suaſit ligonem in gladium commutare:
Et fit flumen diffuſum ſanguinis
In plenitudinem infinitam, aquarum inſtar,
Et fornaces extinguit ardentes,
Tanquam in alveos cadens amaritudo.
Accipiens autem calcem vivam fabricator, erat illi
Et rubentem lapidum compoſitionem.
Voca Imperator, urbem rubram;
Rubefit enim tinctura ſanguinis.
Ubi igitur ducum ſupremus Nicephorus
Intellexit eventum, etenim nihil tum ſciebat,
Miſit, & detinuit viros e barbaris
Serpentes malos quinquies quinquaginta,
Et injectis vinculis ſuper inflexibiles eorum cervices,
His conferebat paternas dignitates.
Creta barbarorum nutrix, filios aſpice,
Qualium participes facti ſunt dignitatum ſubito.
Quoniam autem nocti erat hora ſeptima,
Noctis enim tenebræ prævalebant,
Tubis cecinere miro cum clamore,
Et quisque tenebat clamores edens clypeum,
Pedes, dux, centurio, eques.
Die autem roſea ſplendores
A tenebroſis ſuſcitante meatibus,
Agmen impetum faciebat equeſtre enſifer,
Habens multitudinem quinque millium virorum:
Peditum autem multorum videre erat aciem armatam,
Moventem ſeſe optime militari greſſu;
Et duces tamquam medio in grege
Incedentes, agnorum paſtores furentes in feras.

Atque

Atque ut furto gaudentes rapaces lupi
Hyemali tempore, & immodico frigore
Una junĉti hora pacta concordes
In ovilia fæviunt, & vim inferunt canibus:
Haud secus junĉti, germina tuorum laborum,
Equites, militum præfecti, sagittarii, centuriones
Turres prosternere festinabant celeriter humi,
Iram spirantes, ut venti procellam.
Qui autem lampades luciferas decolores
Temporibus producit, & subtrahit rursum,
Lavacris obscuravit splendores;
Et nox peplum nigro colore tinctum
Per omnes terræ extendit & cœli partes.
Tuorum autem multitudini non militum, sed ferarum,
(Feræ enim erant hi propter dilaniamenta barbarorum,)
Pro somno erat incedere, & stare.
Quod si furtim trahebatur aliquis ad quietos somnos,
Illic adstans e somniorum janua,
Talia inclamans damnum interrumpebas.
Cur Ducem minime metuens, eques,
In medio cædis procidisti in extraneis locis,
Ubi fuga, periculum corroboratum
Spirat adversus nos æstuationes ignem emittentes.
Paullum adhuc tolera, & impositа galea
Pro sacris sta, & pro jure:
Cessa a somno, & tene clypeum;
Ne noverit rem dux pugnæ ordinator.
Tali modo segnitiem excindebas operarii,
Siqua erat segnities famulis tuis.
Quum autem lucem quoque dies prænuntiare
Albis indumentis cœpisset tenebras extinguens
Peplis autem splendidis ornasset ætherem;
Videre erat terram albicantem, & pugnæ
Præconem tuis excurrere agminibus;

Parvo

* Parvo muro phalangem adradere,
Irruituram ſuper hoſtes repente.
Quumque ibi multitudinem eorum, qui catenis vincti erant
Collocaſſet dux ad occidendum, (cunctam
Commilitones eorum acerbi doloris
Caſum non tulerunt; Sed portas
Aperuere: evolaverunt inſtar paſſerculorum,
Et in foſſam ſe impingentes reciproca flexione,
Foſſam vi pertranſibant; a fronte vero
Percuſſi retrocedebant.
Quoniam igitur fugæ erat, & timoris, formidinisque
Terribilis imago, & præceps quaſſatio,
Foſſa hæc adverſariorum ſepulcrum,
Et calamitatis erat detecta domus.
Erant enim illis impedimento loci quoque,
Quos exſtruxerant pro conſervatione;
Ut a ſenſu expertibus locis diſcerent
Fidem ipſorum dignam eſſe (ſeipſis) contumelia affectis.
Quis vates inventus ante bellum
Dixiſſet barbarorum illis qui foſſam effodiebant,
Tumulum effodere, non foſſam filiis?
Arida Creta, ne gemas ſiccitatem,
Cum filii tibi ſint in pugna pro nubibus,
Quibus ſuperveniente inſtar venti Romæ haſta,
Et ſpirante tanquam turbine cædes,
Imbres emiſit ſanguinis in copiam effuſi.
Demoſthenes, Philippus non habet potentiam:
Plutarche, Cæſar non habet fiduciam loquendi.
Dion, Syllas nequicquam Dictator (fuit).
Ceſſa, Xenophon, invincibiles ſcriptis tuis celebrare;
Romanum admirare, & de eo ſolo ſcribe.
Cyzice, collachrymare; combuſta (enim)
Creta paſſa eſt calamitates æquipollentes (tuis:)
Tibi enim antiquus cædes Mithridates,

Junior

* vel *longo*.

Junior huic Romanus texuit cædes.
Sed, o Imperator terrarum omnium; etenim decet
Futurum dicere, ne ægre feras famulum (tuum)
Plaudentem tuis cum victoriis junctis prælíis:
Disertam fac linguam: da libertatem loquendi;
Pungimur enim stimulo timiditatis,
Theodosii, ne despicias labores,
Diadematis tui conscriptos ad gloriam;
Ut manus pergat scribere progrediens
Ad secunda exercitus tui armamenta.

Initium secundæ Acroasis.

Ita se habentibus Creticis conflictibus,
Romæ decus, Romane sceptriger,
Milites quidem tui mala sustinebant in peregrinis locis
Contra æstum, & gladium armati;
Ardentes enim radios telorum instar
Immittebat tuis famulis lucifer:
Tibi autem pro æstu, & gladio sollicitudines erant,
Propter quas eos intus in corde habebas.
Quum igitur ignis te vigiliæ urens
Pallore inficeret splendidum tuum aspectum,
Non poterant qui te aspiciebant reddere rationem,
Cur hilaritas tua in tristitiam versa esset;
Donec suspirans cum dolore ex imo corde
Flammas emisisti internorum ardorum,
Enarrans rem omnibus subditis.
Vexabat enim te patriorum agminum
Multitudo missa cum conjunctis curis;
Sed non aderat ullus, qui animam tuam consolaretur servus:
Omnes enim ignari erant rerum gestarum.
Deus verum afflictionem tuam in lætitiam
Cito vertit, qui statim
Nuntium tibi ostendit victoriam referentem,

Propterea quod gladium ſerviliter abſterſerat.
Poſtquam autem ſenſum eorum, quæ ſcripta erant intellexiſti;
Litteras enim habebat ſigillo munitas;
Haud lyram pulſaſti ſicut David olim,
Sed potius lingua declarans uſus es pro lyra:
Statim autem (convocans) Phalangem ſolitariorum;
Phalanx enim hæc ſine gladio quoque fugat (hoſtem)
Tergaque vertere facit, & evertit urbes,
Cum hac, hoſtibus victis, myſtice plaudebas,
Et per totam noctem gratias egiſti,
Ad ducis ſocii domum accurrens.
Talibus quidem tu operabaris cum famulis tuis:
Quum autem ultionis expletum eſt os;
(Ultio enim cædis (erat) hoſtibus,)
Foſſam videns Dux pugnæ (ordinator)
Præcipitia habentem, & prærupta loca,
Injicere ſaxa juſſit, & terram, & ligna
Ad æquandum iter teſtudinibus, ne impedirentur,
Ibique multitudo obibat mandatorum
Munus imperatum, adverſariorum vero
Spicula ordinata præbebant nubes.
Aer loquere, teſtificare, quin ambigas,
Loricæ tuæ textilem tramam,
Qua ornatus reflexiſti noxam
Ex occultis calamitatibus conteſtam,
Per quam cadebant e propugnaculis
Supercilia attollentes, rapaces canes.
Quum autem per octo reliquos dies
Profluens imber non ceſſaſſet,
Sed ſatum inferret pharetra, & jaculum,
Arietes impulit, & teſtudinales machinas,
Et quæ ſaxa jaciunt fundas; compoſitionesque
Terribiles ſcalarum disjunctarum adverſus eos.
Sed quum illorum nova ſupplicia
Oppidani non ferentes in dubio eſſent,

Ordi-

Ordinat turbam, & rursum texit ultionem
Dilectus tuus servus Nicephorus.
Fundis enim cæsorum hostium
Jussit vibrare capita telorum instar,
Ut tenuis ætheris latitudo
Gauderet contaminata calamitate barbarorum;
Et agnosceret multitudinem peccati; quoniam
Etiam membrorum positionem habebant ad pœnam.
Projiciebant intus pro saxis capita:
Percutiebant eorum sæpe etiam patres,
Et fratres: & mori ..... in prœlio
Parricida evaserat ob paternam cædem.
Namque a detinente carnali cæcitate
Solutus ipse, & agnoscens utile,
Christicolis auxiliari compulsus
Mendacii cultoribus erat jaculo ultori.
Quum igitur eas haberet carnes civitas
Plenas inquinamentis; conjuncti genere
Clamabant sic voce barbarorum.
Scipb echimat ischarop, & rhasan
Sermir midini, & chair iphisani.
Sed clamor erat quidem more patrio;
Cædes autem a te Cretensibus illata.
Erat porro apud illos imperatoriam exercens dignitatem
Senex Ameras, pallidus, plenus laborum,
Parvus, calvus, terribili mente præditus, e Pylo
Senem superans mellifluis verbis:
Sed nihil ei profuerunt verba,
Etsi directa erant ad invadendas vires tuas:
Nihilominus audebat; etenim erat dux
Nutriens seipsum fallaci & inani spe.
Consilium igitur init, & vocat annorum,
Et militiæ socios senes ad congressum.
Ibi cum consedisset, & ex profundo suspirasset,
Vocem emisit doloribus mixtam:

Quis, viri, veſtrum ignem habet in corde,
Ardentem, comburentem, ut me comburunt legiones
Romæ quaſſantes locorum meorum dominium.
Cujus filii extremam noxam
A gladio acceperunt acuto,
Cujus agrum devorat ardens ignis
Superveniens, acerbum certe ſupplicium.
Ille nos modo conſilio juvet
Sententiam ſaltem dicens optimam, ſi viribus caret.
Sed ſi vobis videtur, collocabimus viros equites
Jaculantibus mille & quinquaginta;
Poſtea peditum octo ſupra decem millia,
Cunctos ferreos, nigros aſpectu
Ut timorem injiciant hoſtibus,
Apparentes eis extra portas inopinato.
Sic ille qui antea audacter (Dominium ſuum) dilataverat
Differebat nunc, infauſte coarctatus
Itaque delectum agens, & agminibus omnibus ordinatis,
Ex latibulis educebat draco ſerpentes.
Sciens autem omnes per vias potius timiditatis
Una incedere, quam cædis eſſe cupidos;
Stans hortabatur malos illos ſegnes operarios:
Geſtientes feſtinemus, viri equites,
Ad exhibitam infinitorum gladiorum pugnam:
Eamus in arma pro filiis,
Pro uxoribus, atque amicis, & patria.
Nemo veſtrum timeat acies enſium;
Si enim moritur aliquis, ſalvus fiet illico,
Et vivus ibit, & accipiet ſedes
Ubi Propheta dixit torrentes
Lacte melle & vino manare.
Quod ſi contra territus, haud pro filiis morietur,
Et Prophetæ verba deſpiciet,
A nobis interficietur, & migrans tenebrarum
Non præviſum accipiet ſupplicium.

Sic

Sic admonebat, & eos ad pugnam
Præibat, iter eis aperiens ad cædem, qua digni erant.
Dux vero, ſupremus Nicephorus
Opportune noverat deceptoris illius
Quos protrahens texebat dolos;
Erat enim quidam inſidias eas prænuntians,
Eorum qui inculte intus clauſi erant.
Itaque militum præfectos, viros celſos equites,
Legionarios, pedites arcitenentes,
Omnes in unum collegit una cum eorum præfectis.
In medio autem horum, ut vulgaris eques
Stans, ad arma incitantia effudit verba:
Romæ vires, filii, conſervi, amici,
Ecce adverſus nos, & iterum bellua
- - - - - - intus cæpit fraudulentas machinationes:
Ecce Charybdis os atrox
Abſorbere furens quærit Romæ dominium:
Ecce ſibila draco medio e ſpecu
Nuntia iræ & cædis anhelat;
Efflat venenum, & vim infert naturæ;
Attamen ejus audacia animi eſt abjectio.
Nemo perterritus retro fugiat;
Animus enim, & ira eſt ipſi ſtridorum tenus dumtaxat.
Quapropter eamus fortiter armati.
Habent carnes etiam Agar filii:
Non eſt ipſis caro ferrea, ſive marmorea:
Dolent plusquam Romani, ſi (ictus) accipiant:
Torpent eorum, ſi amputentur manus:
Cadunt humi, ſi abſcindantur pedes.
Nemo laboret acerba timiditate:
Nemo territus non appareat Romæ germen:
Nemo ſpuriam progeniem, & genus extraneum
Oſtendere ſeſe in malis feſtinet.
Dedecus, fratres, fugæ noxa.
Pudeat vos fugere, & extimeſcere gladios.

Ubi

Ubi enim fugientibus reperietur ſalus,
Manentibus intra Cretenſium fines?
Haud eſt robur Agar nepotibus:
Deus enim nobis auxiliatur, & ſubvenit.
Sic quum exacuiſſet exercitus tui gladios,
Inſidias tendebat, fugamque fictam,
Ut decepti, qui intra mœnia (ſtabant)
Foras auderent exire.
Quumque igitur tempus appropinquaſſet conſiliorum,
Horam habente roſea die tertiam
Ex latebris erumpebant inſtar ſerpentium, qui capita
Habebant ut vituperium elata.
Horum erat etiam pulſus clypeorum,
Clamorque multus, & tremoris pater metus;
Nec non omnia terribilia. Tuis autem militibus erat
Ordo, ſilentium, modeſtia, animi alacritas.
Unus igitur ducum nobilis radicis ramus,
Vir fortis in jactu teli,
Tardus autem ad fugiendum, & velox ad inſectandum,
Verba dulcia effatus eſt in medio exercitus:
Supreme dux, quomodo omittens Dominum,
Ut coquus in coquinaria arte
Non admiſcuiſti (eum) in adhortatione iſtorum;
Ut nectaris inſtar dulcis Dominator
Tuis fieret mandatis condimentum?
Ille nos admonens, & adhortans
Manum omnibus extendens beneficiis afficiebat.
Recordemur ejus verba melliflua,
Et menſas; poſt etiam munera:
Recordemini, & moriamur, viri, ſi expediat,
Pro familia Regis piiſſimi.
Solummodo dilatetur ſceptrum Monarchiæ,
Et univerſæ terræ imperet Romanus ſolus.
Ubi verum multitudo infinita barbarorum
Portis eſt impetu egreſſa, tanquam Noti nubes,

Imbrem

Imbrem minitans, & præmonſtrans ſationem;
Tui vertentes ſeſe in fugam ſimulatam
Laqueum machinabantur ad Cretenſium perditionem.
Quum autem a turri longa omnes deſcendiſſent,
Et ſe portis foras erupiſſent,
Pœnas tum luebant fide (eorum) dignas.
E quatuor enim incuſſibus militaribus
Fluctuatio excitata, & vehementer efferveſcens
Tempeſtatem producere cæpit a parte pugnæ:
Et hoſtium erat calamitas, tumultus, ſuſpiriun.,
Populorum vero tuorum lætitia triumphalis.
Prout igitur in medio utriusque aciei ſtabant
Exitum aſpicientes peranguſtum
Suæ ipſorum auctores cædis,
Telis ſtatim percuſſerunt, ſed pluribus repercuſſi fuerunt;
Et ne fugam quidem habentes in promptu,
(Undique enim eos conturbabat noxa,)
Conſtiterunt in unum ſepulchri locum.
Quis tragicorum enarrabit cædes,
Et ſingulorum occiſionis ſupplicium?
Alius enim eorum renibus ſauciatus
Vertigines patiebatur, quas ignorabat;
Et quamvis antea ſaltatorum flexus in orbem non didiciſſet,
Invitus (tum) ſaltator erat telo ictus.
Alius orbatus abraſo capite,
Jacebat pronus militariter extenſus;
Et ſuos miſerabiliter movens pedes
Fluvio natare volebat ſanguinis.
Alius autem vulneratus aridam dorſi ſpinam,
Seſe incurvans invitus adorabat exercitum tuum.
Alius autem mortuus, & pedibus amputatis,
Neglectus jacebat ad equitatus conculcationes.
Alius autem inſatiabilem emittens alvum,
Manibus detinebat contextum inteſtinorum;
Et qui prius pugnator fortis cenſebatur,

Tum

Tum coquus erat viſcerum inexpertus.....
Atque ſic commutaverunt arma
In alias artes calamitoſas Agareni:
Et quisque moriens habebat pro ſupplicio
Artem aliquam noxiam ad interitum.
Unus igitur ex illis erat vir Cretenſis eques
Gigantæo aſpectu, qui accepto clypeo,
Atque enſe, duci pugnæ (ordinatori)
Obvius equitabat congredi cupiens:
Sed non permiſit juſtitia eum pervenire:
Percutit enim ipſum dominans Nicephorus
Sub ile medio in umbilico;
Et alterius quidem habebat cadaver.....
Alterius autem gloriam magnam latus.....
Sic malis afficiebantur incluſi
Hinc, & illinc ab interfectoribus merito
Illicitarum actionum miniſtri.
Quod ſi erat aliquis eorum ad fugam ſe præcipitans,
Obviam habebat vallum pro lethali gladio,
Et Ducem ubique Nicephorum,
Jaculantem, & clamantem ad milites:
Percutiamus, viri, hos mortiferos lupos.
Homere, qui fabuloſos ſermones, etſi a præliis
Longe abſis, tamen ut præſens conſcribis,
Quique multum defatigaris inaniter, & labores
Narras omnes Græcorum irrite;
Huc veni, & celebra magnificis tuis verbis
Romæ exercitus gloriam, & grandia ſuſpiria
Antiquorum hoſtium, & inimicorum, ſemen ſervorum;
Habebis enim apud nos veritatem pro typo,
Sicut apud Achivos exceſſum pro typo.
Nullus enim hic a pugna effugiebat,
Neque ſi alatam habuiſſet barbarus naturam.
Xerſi, qui olim terram in mare redigere volebat,
Quod cum potentia tua non ſit congreſſus, honori eſt.

Haud

Haud novit is nudos Romanorum gladios:
Haud novit tuum, Romane, ſceptrum, & dominium.
Certe tranſiiſſet, exercitum tuum admiratus,
Clade a te accepta, o ſceptrifer.

Acroaſis Tertia.

Qui abyſſi multa oſtia habentes effuſiones
Claudit, cohibet, aperit, educit,
Hic dilatat fines tui imperii,
Regis fili, & corroborat exercitum tuum,
Cunctaque facit, atque evertit urbes.
Et quis Oratorum te pro merito,
Rex, usque adeo laudare valebit,
Etiamſi ſit alter in Stagiritis Plato,
Vel Athenarum dominator Demoſthenes,
Sive multum celebratam pulſans lyram?
Equidem ego tuorum, ut ſervum decet, encòmiorum
Hodierno die factus ſcriptor,
Incipio quidem, ſed timiditatis
Stimuli pungunt, & vim inferunt ſermoni.
Tu itaque da nobis audaciam, & os aperi:
Doce nos, ne facile taceamus,
Quum tanta ſit calamitas barbaris.
Dilata guttur copia data loquendi;
Etenim coarctatur aggrediens opera tua:
Tremit ſollicita manus, recedit ſæpius mens,
Necnon pavet metuitque, & cupiens
Tuos ingredi mores, ad Chriſti exemplar efformatas,
Inſtar leporis formidans circum vias currit.
Tu enim victorias ubique adeptus
Rempublicam adjuvaſti, auxiſti ſolus.
Tu agmina hoſtium opera impenſa
Propulſaſti in valles præruptas inacceſſibilium locorum.
Tu urbes repleviſti haud exuviis tantum,

Sed pace quoque, ac multa gloria.
Exultet ordo angelorum ſupra:
Tripudiet cætus mortalium infra.
Haud Hercules ſervavit a cete Phrygios;
Dominus vero (noſter) mundum a ſceleſtâ clade.
Non Meleager ab igne patriam;
Romanus autem univerſum nuper orbem.
Tuis, Aloee, quodnam beneficium filiis fuit olim
Æreum fabricare in Martem dolium magnum?
Non enim noverca hunc, ſed Dominus
Movet adverſus hoſtes Cretæos, ſolvens dolium.
Par non erat enim, o Sol, diademate
Sceptrum tuum illuſtrante in Monarchia,
Illum in carcere detineri, & manere;
Sed potius una cum ipſo te clypeum geſtare
Et terram inquinare barbarorum ſanguine.
Poſtquam autem Cretenſium phalanx cæſa eſt
Et leporis inſtar, qui in venatores incidit ſublata;
Multis quidem calamitatibus terra eſt liberata,
Purgata innumeris piaculis.
Et quisque Scyta jacebat mortuus humi,
Canibus optabilis, & conjugibus filiisque.
Horum omnium ignorans exitus
Tu ipſe, Imperator, & iterum curas
Intus contrahebas exercitus in corde;
Donec litteræ protinus a ſubditis
Multa tibi advenerunt lætitia plenæ.
Quumque omnia intellexiſſes, & manibus plaudiſſes.
Quales preces dicere minime valet natura,
Ad Deum fudiſti. Forſitan vero o Rex,
Prophetæ vocem, Domine, altum clamans, (imitatus es)
Dominus meus, ne fileas omnino;
Si enim ſilueris, unus ex eis qui in fovea
Gradiuntur ſum, triſtis, plenus laborum.
Audi noſtros abjectos fletus,

Et

Et tuum cuſtodiens ovile, quod ſalvum feciſti,
Debella hoſtes, & da finem laboribus,
Quos exercitus tuus tolerans amplectitur.
Talia quidem militans cum ſervis tuis,
Etiam non præſens faciebas; tanquam Moyſes olim
In fugam vertens Amalec manuum extenſione.
Exercitus vero tuus crebris præliis
Victor erat ſuperciliis nimium elatis.
Indigebat itaque efficaci pharmaco
Ad compeſcendum imminentem morbum.
Jamque nocte triſti extenſa,
Atque exercitu gaudente, nedum gloriante,
Et ad tentoria properante antequam vocaretur:
Velut in novacula omnis erat locus armatus,
Montes, ſilvæ, rupes, convalles.
E Cretæis enim effuſus latibulis
Antea inſtructus ſeptem ſigna gerens exercitus
Multam incuſſit exercitui tuo formidinem,
Repente prodiens, & apparens præter ſpem.
Et nox quidem adornabat in luce tenebras:
Thorax enim tanquam lux, & gladius, & galea
Immutabant tincturam veſperæ.
Duces autem ad fugam vocati
Clypeis operientes cervices ruebant;
Et quisque fugiens habebat tanquam benefactorem
Mare ipſum, & navium concavitates.
Haud enim vires eis erant cum nocte, & cum barbaris
Simul pugnare, & cædes facere rurſum;
Ni ipſe (admirabile & hoc, ac novum
Auditu) ſervidus omnibus adſtans eques
Ex ignotis, ut videbatur, equitationibus,
Admonitor (eis) fuiſſes, ac ſtupor ſolus,
Et protinus (eos) vertiſſes a fuga ad prælium,
Terrefactos a nocturno conflictu.
Quum igitur reverſi contra inopinatas violentias (hoſtium)

Produxiſſent leviter acutos gladios:
Inſonuiſſet clypeus: obſtrepuiſſet galea;
Tunc refulſit nox, tecum laborans;
Et omnis jacebat Cretenſis ſceleſtus
In ſanguine mortuus, & ſpiritu carens.
Non habebat itaque nox auxilium tenebras
In tanta calamitate Agarenorum,
Certabat cum ſuperioribus diebus, & clades
Protendebat plus quam decem dies.
Barbari autem, quamquam cum jam eſſent extra tenebras
Criminarentur tenebras veſperæ,
Et orarent, ut roſea dies
Adventaret; nihilominus quum lucifer
Radiis mox illuſtraſſet terræ plagas,
Gratias agebant viis veſperæ;
Atque optabilem, quem (prius) habuerant diem
Veluti hoſtem abominabilem reſpiciebant inſanientem.
Sic peſſime vulnerati a tergo
Fugientes equis ruebant prædicti:
Terraque veſtem accepit a corporibus
Novam, contextam enſibus acutis.
Illic equum equites, ut Deum (aliquem) tunc
Antequam cederent invocabant; qui autem ceciderant
Fortem fauciatorem, ne amplius percuteret (orabant.)
Illos igitur qui effugerunt ex hac acerba pugna,
Haud usque ad quatuor (fuiſſe) dicam, ſeu etiam decem.
Adeo redacti erant ad extremam fortunam
A malis, quæ tum patiebantur Cretenſes.
Quis (ut) Idomeneus audax Orator,
(Qui cum Duce Græciæ militavit,
Cui minas exprobrando intendens olim
Ad pugnam excitavit Atrei filius)
Ad obitum perveniens, felix fuit in vita,
Quippe qui patriæ captivitatem non aſpexit?
Quum autem fugitivos vidit primus Charon

Cretæ

Gretæ Ameras intus munitus,
(A ſuperioribus enim aſpiciebat turribus)
Populis ſuis claudere portas jubet:
Et vultum manibus percutiens draco,
Emiſit ſumum calamitatum ex corde.
Accendiſti enim, Rex, ignem in ejus præcordiis
Scintillas ei tuos immittens milites.
Exultet omnis Romanorum civitas,
Mare congratulare, lætare Terra cuncta.
(Nam) fera immanis, carnes antea devorans
Communibus modo privatur cibis, incluſa:
Quæque non ſaturavit ſeipſam in tot fluviis ſanguinis,
Sitit (nunc) guttam aquæ tabeſcens.
Sic male ſeſe habent, qui divini imperii
Actionibus pravis ter ſplendidum dominium
A corde ſuo longe removerunt.
Quum igitur intus eſſet munitus
Mœniis confiſus, non robore agminum;
Dux tuus Nicephorus iterum quoque
Arietibus, teſtudinibus, fundisque jubet
Percutere mœnia, pinnarum baſes,
Super mœnia ſtantes, omniaque cum alacritate
Facere, conficere, atque operari in hoſtes.
Ipſo loquente luſiniæ inſtar
Quinque ſenſuum numerus defatigabatur.
Ex oculis enim fons defluebat lachrymarum,
E naribus ignis, echus ab auribus,
Verborum autem fontes emittebat os,
Et manus rivos effundebat copioſi ſanguinis,
Converſione laborans telorum.
Sic ille, ut tuus appareret ſervus
Feriebatur ardenti cordis deſiderio.
Cæterum minime agendi opportunitatem habebat,
Quod cruciabat ipſum inſtar ſexcentorum dolorum.
Circuibat igitur, percurrebat ſurſum, deorſum,

Flens,

Flens, admonens, & impellens exercitum.
Timebat enim laboribus tuarum copiarum
Ne leviter in eas irrepens deſidia
Iniquis Cretenſibus ſimiles efficeret.
Dux vero funditorum, o Rex,
Facit riſu quid dignum, magisque:
In funda enim ignavo inſerto aſello
Conjicere jubet vivum in aſinos aſinum.
Illi autem convertentes ſe ad nexum conſtrictionum,
Mittunt infelicem (aſellum) per aerem currentem.
Ipſe vero protendebat, expandebat pedes,
In aere progrediebatur ruſticus aſinus:
Qui prius abjectus, in ſublimi gradu tunc erat;
Vilis (antea) in terra, atque teſtudineos pedes habens aſinus,
Per nubes tum currens Cretenſes terrefaciebat.
Xerſes oſtendebat terram converſam in mare (novum antea,)
Et omnes obſtupefaciebat adverſarios.
Tuus vero, maxime Romane, exercitus
Ignavos aſinos falcones (efficiebat) ſine pennis volantes.
Hunc volantem dux ille aſpiciens,
Ducibus ſociis ſubridens, tanquam a procella,
Mentem abſtrahens a curis, dixit:
Novum volucrem feræ illæ in cibum
Demiſſum nunc intus, amici, accipient,
Quippe ex non apparentibus, & occultis viis;
Et replebunt menſam cibis;
Fama enim conſtat indigere eos rebus neceſſariis.
O inclita vox! O melliſluum os
Ducis tui! Regum decus (Romane.)
Quis alius veterum mortalium comperit aliquid
Ex iis quæ legit majus his modo geſtis?
Siquis novit mirum quid in Romanorum præliis,
Hiſtoricos qui legit ſcriptores,
Domini (noſtri) modo age conferat
Cum victoriis illud, & apparebit tertium

In

In ſublimitate maxima, immenſisque laboribus.
Cyrus, Darius, Croeſus exercituum imperatores,
Cæſar, Achilles, Macedo, ac Pompejus,
Philippus prior, in quem ſcribit Demonſthenes,
Qui rebus parvi momenti delectabatur, attamen evaſit pater præſtantiſſimi filii,
Carbon, Syllas, Brutus, qui Pompeii *
Tinxit pugionem ſanguine;
Hi omnes adverſus nos tuos ſubditos, o Rex,
Bellum ſimul gerant, nullum timorem habet
Tenens Urbs (noſtra) arma tua.
Fabulæ celebrant labores Herculis,
Exaltant eum ultra veritatem,
Multos edunt clamores, meque terrefaciunt;
Et plura ei laudi tribuunt, quam fortaſſe meretur;
Verumtamen vicit potius quam proſtravit urbes:
Multas enim dixeris, ſed talem quando?
Non erat alius veteris Romæ Rex,
Non erat alius, ut inclytus noſter Dominus.
Plurium perlegi hiſtoricorum plures libros,
Plutarchum efferentem Romanorum imperium;
Novi enim ipſum: ſed hic plerumque
Celat mollitiem, & faſtum introducit,
Extollit parva, & detrahit magnis:
Dionem quoque cicadam, ſapientem lyram:
Sed nullum inveni, ut te illuſtrem in imperio rerum militarium,
Non inveni tibi ſecundum exercitus imperatorem,
Non inveni alterum Romanum conſiliarium,
Non inveni alterum, nec Philippi filium,
Quem cæteris Plutarchus in præliis anteponit.
Tam alte elevatus es, Deo cooperante.
Tantum ſuperaſti cæteris in præliis.
Adeo terrorem injeciſti hoſtibus in gladio.

Initium

* forte Καίσαρος Cæſaris.

Initium quartæ Acroaſis.

Interim, potens lumen, Rex Orbis terrarum,
Exercitu tuo laborante in apparitura
Gravitate armorum, laſſitudine, & curis,
Necnon frigore ingenti, algoribusque aſperis;
Cretenſium qui foris erant primi canes,
Non amplius tunc locorum dominatores, & agminum duces,
(Gelida enim ipſi, & prærupta loca
Habitabant,) illinc egreſſi gladio (armati)
Percuſſi vi, atque ictu frigoris,
Et ſuos ipſorum nondum renunciantes annos,
Simul contra nos (namque contra noſtros conſervos)
A montibus eruperunt ad cædem unam.
Quemadmodum igitur in collibus educatum ſilveſtre genus
Caprearum, leporum, & vilium damarum
Hyeme rigido cibo deſtitutarum,
Ab altis frigore conglaciatis locis
In cavos deſcendit campos, perque eos graditur
Pabulum inquirens, & herboſa loca.
Sic improbi peccati filii
Per maris loca fluctibus ſpumantia
Tegminibus advectitiis currebant, perque convalles.
Et quemadmodum carnium avidum inter feras genus,
Lupi, ut expleant feſtinantes ventrem
Gradiuntur rabidi, & jejuni
Antequam cibum aſſequantur hiantes porrectim:
Sic genus illorum barbarorum a ſervis genitorum
Tuis oppreſſum, paſtorum Princeps, gregibus
Inſurrexit in eos, & exacuit gladium,
Comedere cupiens carnes pro cibo,
Ac bibere ferventem ſanguinem Romanorum volens,
Et ſummas egregie pugnando referre victorias.
His erat barbaris dux

Cara-

Caramuntes divites jugulans ſenex,
Antiquorum dierum juvenis draco,
Quique tenere Cretenſium habenas
In mente habebat per omne vitæ tempus.
Hic inſtruebat ad cædem tunc
Imittendam multitudinem decem millium (virorum:)
Quos ubi vidit montes deſcendiſſe
Enſiferos equites, peditesque,
Stans adhortabatur, & ad arma impellebat,
Agmina ſiſtens, & agminum præfectos juvenes,
Conſtipans exterius turbas circumfuſas,
Talia inclamans, & vociferans ad barbaros:
Ingens quidem nobis, viri, eſt neceſſitas,
Ingens conſternatio, & procella, ac dolor;
Sed protinus nobis eſt ſalus,
Modo ut velimus manibus, inventa.
Eamus in hoſtes, ne metuamus gladios:
Stemus adverſus eos, ne formidemus haſtas,
Et cunctos in mare detrudentes,
Trophæum hic erigemus ex cæde iſtius populi.
Cumque omnes protinus exclamaſſent uno ore;
Moriamur, ſi opus eſt hodie una cum patribus:
Tu vero promptum te, ut in omnibus, præbe;
Tu enim pater, & propugnaculum noſtrum in pugnis es.
Hiſce ad ſpem erecta ſine ſpe levis
Illa generatio erupit congreſſura cum exercitu tuo,
Populus ſceleſtus, infeſtus, ſanguinem exſorbens,
Gens peſſima ab Iſmael de ſerva nato (originem ducens.)
Talia quidem agebant in procella
Tantæ neceſſitatis Cretenſes fugitivi,
Qui ſæpe quidem exierant ad prælium,
Sæpe autem percuſſi (fuerant) a militibus tuis.
Quid porro exercitus tuus agebat? Littoreis
Alii quidem in locis jacebant; etenim frigus erat,
Borea ſpirante impetu aſpero:

Alii vero tenentes portarum egreſſus
Illos qui intus erant adſtando perterrebant.
Interim audiens hoſtium agmen
Sinuoſa loca ambulare, atque inſtar belluarum
Iram ſpirare, ſimulque formidinem,
Supremus dux in pugna Nicephorus,
Incredibile cenſebat hoc, atque illico
Inſtruit agmen e Thracibus juvenibus totum,
Ut rem comperiat. Namque erat novum,
Ut in tanta calamitate texerent dolos,
Qui cæſi fuerant ſepties ab exercitu tuo.
His erat dux vir gladium
Pro te cupiens, eumque in pugna protendens,
Et minime metuens ictus enſium,
Qui etiam antea invaſerat genus inexplebile
Fiducia magna, & mira alacritate,
Et tradiderat ſeipſum cædi unice,
Atque imperitos equitandi confuderat barbaros,
Quique heu, victus ob fugam Macedonum
In aliena terra captivus detentus fuerat,
Et ſordentes habuerat acerbos dominos.
Is miſſus illuc ad primas inſidias
Deſiderio vulnerum, & cordis fervore
Medius barbarorum communem invenit finem,
Filiorum inſtar projiciens membra quatuor.
Quemadmodum enim ingens, & annoſus lupus,
Qui peritus ſit raptor, & gregium prædator,
Eſuriens ſeipſum in ſtationem ovilium
Audacter introducit, & dilacerat carnes,
Donec capiatur, & occidatur ab hominibus,
Qui ſæpius infremuerunt adverſus eum acriter;
Haud ſecus irruens dux ille
Romæ ſortis, & ſolus derelictus in medio (hoſtium)
Oſtendit quales viros Roma nutriat:
Multis enim ex illis eum circumſepientibus,

Omnes

Omnes communem formidabant finem.
Etenim inſtar fulminis habebat præ manibus gladium,
Movens eum adverſus hoſtes, & cruore inficiens ob cædes,
Quo alios quidem exſcindebat inimicorum,
Alios autem cogebat fugam capere trepidantes,
Alios tibi, quem clamare ſibi perſuadebat ad pugnam,
Mortuos oſtendebat, & in pulvere agitatos.
Attamen cum & ipſe a vulneribus cecidiſſet in peregrinis locis,
Multos intulit exercitui dolores.
Jamque accurrentes equites, peditesque
Ad præcipitia illa, & prærupta loca,
Cunctos compreſſerunt (hoſtes) & in medio intercluſerunt,
Et cibum fecerunt Cretenſes volucrum.
Tam felici fortuna uſus es ipſe in bello,
Adeo barbaros tu debellaſti.
(Deo) auxiliante ab alto, & cooperante.
Videns autem hoc, & ſtatim pavefactus
Caramuntes ſenex infelix,
Deponit tum faſtum audaciæ ſuæ,
Et fugam parat pedibus; necnon ſolus
In cavernam parvam confugit abruptam,
Ibique nactus eſt miſeram ſalutem.
Oportebat, ſenex, te mortuum fuiſſe multos ante annos
Potiusquam exturbari, & detrudi inter ſaxa,
Tamquam lepus, qui effugit venatores.
Illic conſtitutus usque ad occaſum ſolis,
Rigabat vultum lachrymis,
Flens acerbum vulnus inconſultæ ſuæ temeritatis,
Crucians ſeipſum urgentibus curis.
Prima autem nocte ſurgens per interiora
Equitabat præcipitia montium cum angore
Senex Ameras pedeſtris, ſeu potius quadrupes:
Morbum enim habebat, qui ejus manus
Detinebat ad pedum miniſteria.
Tuus vero, quam maxime Romane, exercitus

Muros reverſus percutiebat alacriter
Gaudens hos diruendo, & humi projiciendo.

Acroaſis Quinta.

Terra omnis Romæ, atque mare, & civitas,
Montes, valles, ſtellæ, ſemper fluentium
Aquæ fluminum, Ordo Eccleſiæ,
Omnia communiter congratulamini Domino.
Exultet multitudo ſtellarum ſupra,
Et tripudiet ordo angelorum; quoniam
Indomabilis fera cæſa eſt,
Terribilis viſu cetus peremptus,
Intollerabilis plaga terræ repreſſa.
Annuntia, aer, id in omnes terras;
Refer, aſtrum ſolis ſuperius currens
Barbaris modo barbarorum clades.
Noverint gentes, atque urbes, & regiones
Maximi Romani novam potentiam;
Comperiant ejus pervigiles labores,
Quales propter nos ſuſtulit diadema geſtans;
Intelligant qualis ipſe ſit ab expertis finitimis,
Antequam ad ipſos jugulator gladius adveniat.
Africæ terræ pavete enſiferi;
Conturbatur enim Tarſenſium civitas.
Maledictionem antiquam, Arabum gens, accipias
Ab haſta potentis Romani; cæterum cito
Ut Delemitarum loca Belebitarum
Vocentur, telum tuum perſuadebit * o ſceptriger.
Ægyptiorum autem, (regio) ſalve, vultures gladio tuo
Carnes devorabunt incohærentes.
Chabdas, qui avide terra cuncta potiri volebat
Hians mutus calamitate Cretenſium remanet.

O Chri-

* In Græcis verbis δελεμιτῶν, *Delemiton*, βελεβιτῶν, *Belebiton* & βέλος, *Belos*, luſus eſt, qui latine reddi minime poteſt.

O Chriſte Patris Fili, qui eſt ante omnia ſæcula
Qualem conceſſiſti (Romano) tuo diadema gerenti gloriam!
Quis ſuſpiret Polyxenæ ſepulcrum?
Quis Phrygiorum everſionem? O cætus juvenum,
Quibuſcunque curæ ſunt Homeri commenta,
Ne verbis vetuli hallucinemini,
Neque ſæpitibus decipiamini fabulatoris;
Mendaciter enim confixit quæ prodidit, etiamſi ſapientiſſime,
Cæcus quaſi mulcimenta verba habens.
Cretæ plaudite captivitati, quam tempus
Deſtruit haſta ſapientium Regum,
Cretæ Jovis patriæ,
Jovis tyranni, dæmonis mendacis,
Qui invenit fornacem, necnon æternam,
Eo quod Deum ſe paſſus erat (vocari) inferne,
Eo quod repleverat terram cædis maculis,
Eo quod fuerat inventor vitiorum.
Hanc inclytus, dulcis Romæ ramus,
Sereniſſimus debellator barbarorum,
Auguſtiſſimus, & perſecutor Syriæ,
Hanc adverſus nos ardores igneos
Emittentem vicit ipſe. O magnam potentiam,
O ancipitia *triconcha*, ancipites gladii,
Tela autem *triconcha*, & æreæ ſolidæ galeæ,
Quæ cladem perpetraverunt homicidarum,
Seu cædes conſtituerunt quotidianas eorum,
Quos mare habebat prædones graſſantes!
O fundarum ſaxa jaculantium revolutiones,
Equorum hinnitus; acies jaculorum,
Et enſis, thoracis, clypeique protenſio,
Quæ terram ſubverterunt barbaram effectam,
Quæque Dominus dedit pro pharmacis,
Et mundum liberavit a tyrannide!
O aura gubernans naves infinitas,
Et ducem itineris te præbens Domino innocuum!

Inge-

Ingemiſce nunc terra cuncta Syriæ,
Habens gemitus tui antiſtitem
Deceptorem tuum, minime vero prophetam, Moameth;
Cujus tunicam ſexcentis maculis
Pollutam ſervæ nepotes abſcondunt.
Abſcondunt tamquam immaculatam, quæ maculata eſt:
Habent tamquam incontaminatam, quæ contaminata eſt;
Nam ſic etiam oportebat, ut qui erant a maculis ſcelera
A peregrino ſanguine ſati vocarent immaculatum ſcelus.
Lætare igitur Africanorum Sicilia;
Annuntia omnibus lætitiam:
Liberat te brevi tempore Dominus.
Tripudia terra, tripudia Romanorum omnis,
Quod felix facta es in coronis tuorum Regum,
Quod dilatata es in patrios pelagos,
Quod viciſti ſortium potitos.
Utinam proſpiceres e ſepulchro, Conſtantine,
Utinam videres quomodo ſe habent Syriæ res;
Agnoſceres certe filium, ut Philippus, equitem,
Et tu quoque huic diceres: o fili quære imperium,
Etenim non ſufficit tibi imperium totius orbis terrarum.
Cretenſium enim quale (fuit) ſuſpirium querelarum,
Qualis conſternatio, nudos Romanorum gladios
Quum viderunt a turribus intus,
Quum viderunt filios parvos, necnon Matres
Alias quidem laqueis a tergo conſtrictas,
Alias autem ſanguine, & pulvere inquinatas,
Alias vero ordinate ad cædem expoſitas?
Illic filii patres, & patres
Filios oſculabantur, & una gladium
Torrentis inſtar profluviis rigabant ſanguinis.
Erat fletus, erat clamor obſeſſorum,
Non erat propheta qui poſſet, neque enſis,
(Hic enim ab hoſtibus ut deus honoratur.)
Illic ſenes ad fugam ſeſe impetu vertentes,

A ter-

A tergo petebantur telis.
Illic juvenes fugientes veſtium
Diſcincta in lubricum circumvolvebat extenſio;
Et obſtaculum præbebat merito
Lex antiqua patria barbaris.
Ducum utique erat ſubditis lex,
(Idque etiam ex præcepto tuo, o ſceptriger,)
Ne mulieres fornicatoria vi afficerent,
Neve reverendum in puellis ſine baptiſmate,
Baptiſma macularet, & pollueret exercitus tuus.
Adeo tibi curæ erant famuli tui, o Rex,
Ut verba tua usque ad exilia (eos) prævenirent,
Et usque ad hæc te humiliares cum amicis (tuis);
Etenim amicus (eſt) tibi omnis, qui tenet clypeum,
Quique protendit gladium in præliis,
Et omnis qui fugit acerbam timiditatem.
Ita conſternatio occupabat Cretenſium civitatem,
Quæ modo eſt, ſicut & antea, iterum Romæ civitas.
Civitatem optabilem, & elatam civitatem,
Celebrem, multis divitiis inſtructam civitatem.
Audivit Tarſus, & effodit foſſas,
Turresque erigit, & ferreas facit portas,
Atque omnia agit, ab alienis calamitatibus
Futurum ſibi proſpiciens onus grave.

FINIS.